




# LUCINA

Orti ſub Sole Lechico Ordinis Angelici
Diſcal: SS. TRINITATIS de Redemp: Captiv:
à PATERNIS FAVORIBUS DIVINISSIMORUM PATRIARCHARUM
IOANNIS de MATTA
& FELICIS VALESII,
*Votò Felix, eventu Gratioſa.*
Pro Cunis verò Genitalibus
*tot Purpuris, quot Fundatoriis Gratiis Regum, Principum, Ducum, Senatorum, Antiſtitum, Procerumq;*
Incliti Regni Poloniæ & M. D. Lithvaniæ, SACRA:
NUNC DUCALI HONORI
*JLLUSTRISSIMI ac EXCELLENTISSIMI DOMINI*
D. IOSEPHI
à POTOK,
*In* STANISŁAWOW, ZBARASZ, NIEMIROW, ZAŁOSCE & KROTOSZYN
POTOCKI.
PALATINI GENERALIS
TERRARUM KIJOVIÆ,
*SUPREMI DUCIS EXERCITUUM REGni,*
CAPITANEI VARSAVIENSIS, LEZAYSCENSIS, SNIATINENSIS &c.&c.
*D. FUNDATORIS ac MECÆNATIS FORTUNATISSIMI*
Jn perenne Gratiarum Euchariſticon
*A Provincia Polona S. JOACHIMI ejusdem Ordinis,*
CONSECRATA.

Annô Nati in Carne humana DEI, 1736.

EOPOLI. *Typîs Confraternitatis SSmæ* Trinitatis, *cū Priv: Sac: Reg: Majeſt.*

# In ARMA Ducalia
## JLLUSTRISSIMÆ POTOCCIANÆ & MNISZCHOVIANÆ Domûs.





I.

Terna CRVCIS fulgent radiata Trophæa per Orbem;
Non ſemel hæc poterit, vincere bella ſinu.

2.

CumCRVCE PENNARVM magni ſociãtur Honores;
Conſcriptos Patres, CRVX Tibi Leche feret.

3.

Tu Tyberi condis gemmatâ ſub Cruce Regnum;
Sub CRVCE *PILAVÆ*, Lechica Sceptra vigent.



# Ad
## ILLUSTRISSIMUM PALATINUM
## SUPREMUM REGNI EXERCITUUM
# DUCEM.



*PRincipe elogiò, Oratore Duce, ſtipatam Trophæis, Primatibus auctam Titulis, Palatinis Purpuris undequaq; gravem, ut in Vota proni, ita in adorationem demiſſi Gloriæ Tuæ aggredimur Majeſtatem; dum celſiorem Pompæ cultum, quem exhibeat, imbellis neſciat facundia: DUCUM* Invictiſsime PALATINE, FUNDATOR ILLUSTRISSIME. *Pande ergo Triumphos militantibus Supremo Honori Triarijs! Si in anguſto conclavi Illiadis adhuc ingens heros Macedonis animus, ſi in tenuem Laurearũ Tæniam ampliſſimas Pompeij compoſuerint*

*Victorias; non indignáre Victorum Optime, hanc Tibi sacram esse ex erudito pulvere Arenam, quam Gratijs vincas Mecænatibus. Nec etenim Olympi Astra magnifica, Polares Stellæ, Martis sidera radiatum adirent Orionem, illum Bellatorem Cœlorum; nisi irrumpens polo Apex in illustrem conspectum proferret Characteres, immortalitati legibiles. Bellonæ itaq; doctas exuvias ante Te pro Lucinæ Nostræ fascijs Legimus, cum pridem vel ipsas hydras eliserus Hercules Sarmaticus. Ad nutus Polonæ Claræ magnanimos, literarum producimus Castra, Ordinata Tullij explicamus vexilla, Celsissima Procerum Sarmatiæ consignamus signa; quibus, non Orbem ultra Orbem quæras, sed universum Laudi Ducali facias tributarium. Utcunq; enim comune est magnis, sed non summis: Regna cruentò ferrò scindere, quòd non omni campò possint se simul ad Famam extendere. Disunire Imperia, & in profunda Soliorum turbine censum fortitudinis, piscarij gemmas; illa fortunæ cadavera, cum sub Præcisoris gladio paccata pacis malatia expiraverit. At POTOCCIIS* ( O Serenissimæ Cæsarum Regumq; *Affinitates!* Ducum *armisona, grandia Senatorum Æthyma! ) ut Atlanti sua Lumina Axis; ita Regnorum Soles plenam Titulis debent*

*bent meridiem. Ut in Catenas Xerxis omne intravit Pelagus; ita in* POTOCCIORUM *Venas Sanguinis colligati Honor profluxit altissimus: Ipseq; sibi est Murex Tyrius, qui Purpuras pingit Patritias. Ut deniq; Solares Colossi Rhodum, Tripos Phœbea Delphos, Coronata Julij prodigia Latium; ita Orbem totum tropheatâ Cruce hostium Domitores Constantini, Oraculis Consi Lechici, Dexteritáte sua implerûnt Columina Patriæ Patresq; Trabeati. Sub* CASIMIRO *Justo, veluti Lilia, vernarunt Virtutis bellicæ Flores incorrupti; digni Principe gestari manu, quòd Palmam triumphalem nulli hosti cederent, cum hostes cæderent. Vertice gemmeò, ante galeas, omnem Triumphi referebant Adoream, veneranda Lechò in Aris Purpureis Belli Numina Jovesq; fulminij: Primum Pilavitarum Fulgur, Gloriæ serenum* ILLVSTRISSIMUM ZYROSLAUS, *illud igne Martiò accendit mane* POTOCCIIS, *in cujus crepusculo Fortunam Sarmatiæ adoravimus, pro Phænicensibus prosperiùs.* Ante fidem Solis *Coronati* CASIMIRI *Justi*, judicium Poli *Poloni cognovimus; quod divites æq; Victorijs, ac radijs dies, vivere debuerit Patria; ubi* ZYROSLAVS *Phosphorus. Justi Principis Astræa suo ense subscripsit clarefacta Originis, quibus radiare vellet Zodia-*

 *cus,*

*cus; cum redeuntem à Terris Solem receperit. Retro vidimus sub Boleslao Crispo cincinnatos Gradivos ex* POTOCCIIS. *Ab ipsa* ZYROSLAI *Cæsarie felicius propendebat Corona Lechi, quam sui Regni felicitas ab áureo crine Acrisij. Metire, quantus Bellator? vel pilis, pila Bellica minitabatur illi, pendentesq; ex Capillo Damoclis enses, qui rebelle ferrum in Caput extorserit libertatis Dominæ. Jam verò sub Boleslao Kryvousto, nihil rectiùs pulcheriùsq; in Votis fuit; quàm avitum* PILAVITARVM *Decus spectasse in Armis. Non tam in Scutis Honorij refulgebant Nitores aurei; ac Nominis* POTOCCIANI *splendores in clypeis Gladijsq;. Non recurrimus ultra ad Fastos Vestro Locupletes Præconiò, ut facta primæva recenseamus. Quotquot Prussicè, Jadźvingicò, aliorumq; fatò innumerò conclusa busta eminent; tot aperta gestorum* PILAVÆ *spectamus volumina: & literæ, sunt vulnera stylo ferreò incisa; & commata, Cicatrices Sanguineæ; & Periodi, hastarum puncta Sagittarumq;: Opus integrum, magnitudinis Vestræ singulare elogium, pondere armatò ternæ* CRUCIS *impressum. Tandem scythicos Thraciosq; Triumphos, si hic audax pingeret penna, Pagina hæc recens, belli campus foret: Luctarentur cum atra sepia ingentes Plau-*

*sus;*

*sus; qui, aut Phœbi radiô sculpi in obryzo, aut in cortina Apollinis notari debent; Scriptore Marte. Omnis Bellorum Area Vestrô splendescit Vestigiô, Regali plantâ ampliore; quia non imitari cum Lisimachô; verùm antecedere suevistis victorias. Sol Podoliæ radiatus Princeps in signis Zodiaci* JLLVSTRISSIMAM PILAVÆ *gestat gloriam; Nam eclipsanti ad Lunæ Othomanæ interposita, projectos in* NOCTES *fátales radios, corusco* MUCRONUM *jubare recondistis. Hinc Chocimensium Triumphorum post Tubas præliarias, Tyra Orator est fluidissimus; Cum Verba fundere no valeat, loquitur undarum murmure uniones, laudatissimæ svadæ pretia,* CELSISSIMO PILAVÆ *Fastigiô coronaria. Quid Viennensia Trophæa? Supra Carpathum, Lechiæ Abylam assurgunt, concutiuntque Cælum fronte laurigerâ; ut in* POTOK, *Patritium* riguô depluat aurô, *quòd Orientem dispersô Sanguine extinxerint* POTOCCII. *Presserunt Lunæ Sanguinariæ Cornuá, belli ariete; Nihilque novit in acie sidus erraticum, præter in Vastissima Bistonum sepulchra incidere. Nec Alexandro opus erat, ut unâ manu Orientem tenuisset, occidentem alterâ: Sat heròé Thracos Getasque admiratione tenuistis; cum Europam omnem Fortitudine invictâ sustinueritis. Venit ibidem, ut*

Regum

*Regum Gloria, sic Victorum Corona* IOANNES III; *ut Avitò* I*ANINA Imperium protegeret. Sed* P*I-*

Claudian9 Ł*AVITÆ strenuissimi!* Sola Pericli Turris erant, Clypeusq; trucem porrectus in hostem. *Jmo Parthorum in morem, vulnus vulneri Consulebant: pectore magnanimo retundebant tela, atrocis ferri ictus refringebant, refractis sauciabant Sybariticos Sagittarios, profligabantq. Erat tamen istud: dum Imperij Vires potentissimæ sub armis lassatæ inclinabantur ad jacturam; ast fatô insolenti occurrit* ST*A-NISLAUS* POTOCKI C*APITANEUS* H*ALICIENSIS Frater Tuus Ducum* I*LLUSTRISSIME, hoc est Æneæ Palidorus; succubuitq pro Imperio, tanquam Hector pro Troja, pro Regno Codrus. Cecidit ex superbo mentis culmine Machometus ad Casum* S*TANISLAI, vel morte heròá exanimis; cognovitq se Occasu* POTOCCII *glorioso, jam prostratum fuisse; nisi infugam infamem movisset Castra, quòd profanum funus cum anima agere non meruisset, ad Sacram* C*RUCEM* P*ILAVÆ animosissimi. O! quàm ingeniosas debet Vobis Laudes biceps Aquila Iani Sarmatici! quàm sublimes honores! quàm festivos ignes Orbis Europæus debet! Illius enim vero fuistis Custodes Flammæ, Belli fulmina, Tonan-*

*tes*

*tes Lechici. Reddit istos Meritorum decores Vobis Polonia; cum se totam PILAVÆ CRUCI appenderit. Non in suspenso attamen ad Supremam Gloriæ certitudinem estis: imo omnem Fortunam Patriæ ab Avita CRUCE habetis in Vota pendulam, tanquam ab ara Apollinis vellus aureum.* DVCALES *exinde Clavas non collatas tenetis PILAVITÆ ILLUSTRISSIMI; sed innatas manibus, velut enses Castriotæ. Et* PRIMATIALES CRVCES, & *Insulæ* PONTIFICVM, & PALATINORVM *Honor Purpureus, non adventitij sunt* VOBIS, *sed domestici. Ita Majoribus* TVIS *DUX PALATINE* INVICTISSIME, *pleni sunt Victores Campi, impletus* SENATVS; *non quia multi sunt, sed quia omnes ad Triumphos, ad Senatoria invitati sint subsellia; imo ad Coronas JOANNIS* III. *in Vice-Rege ANDREA* POTOCKI CASTELLANO *Cracoviensi,* SUPREMO REGNI EXERCITUUM DUCE, GENITORE TUO *gloriosissimo. En & recentem Solij Lechici Moderatorem, REGNI PRIMATEM PRIMUMq; PRINCIPEM* THEODORVM; *Voto Superum, Celsissimis dona-*

 *tus*

*tus est Curulibus, non illis ornatus.* *Quod primam in Ecclesijs aram occupet Infulatus Jupiter, Primumq; in Senatu subsellium insideat; immortales Illi Polona Majestas spiret gratias, quia* THEODORO. *Quàm ingens hic? Ut à torque aureo Manlij pendebat olim Roma; ita ab ore* THEODORI PRINCIPE POLONIA. *Isto ergo Ore, quô* REGES *loquitur, mercatur Regnum, Coronamq; annorum; ut omnium Votis imperet, qui vivit Votis omnium. En Palatinas Trabeas! Volhyniæ, Belzensem, Smolenscensem præcipue* Nati Tui *ILLUSTRISSIMI. Cujus Laudem nec Trajani caperet Panegyris, quasi Orbis* ALEXANDRUM. *Et hic est nullo conatu inaccessibilis apex Elogij; quòd cum Hectore Patre, Patrem Patriæ agat, Bellonæ, Laureatæq; Minervæ Togatus Ascanius. Tu verò* DUCUM *clementissimè Ipse Tibi scribe Encomia, quô velis; sivè clavâ Herculeâ, sivè Pennîs* MNISZCHORUM *Honorariis: tali usus calamô alatus Mercurius; cùm Victorias Marti præscripsisset. Enimverò sivè Consiliorum Oracula, sivè Tribunalitios Regni Fasces repetitos, sivè triumphales Adoreas, Obsidionales, Civicas,*

*antu-*

*antemuralesq́ Coronas perscrutemur; tamen tenuitatis nostræ suada, ut impar est, erit ita infra omne Tui præconium. Quidquid demum in affinibus Europæ Solijs Serenitatum spectamus, in Te intuemur collectas adeo; usq́ Spectatores pupillas jubare exhaurias, quanquam Purpurâ tegas splendores Nobilissimos, ac Phœbus Lumen roseum velamine. Mappalem obscuritatis umbram, non folium Tua Luce dignum formaremus; si per Coronas,* SERENISSIMOS IAGIELLONES, KORYBVTHOS, SOBIESCIOS, VIENIAVITAS: *Per Mitras,* CELSISSIMOS ZBARASCIOS, RADZIVILIOS, SANGVSZCOS, CZARTORYISCIOS, OSTROGSCIOS: Per Laticlavia, Togas Regniq; Scipiones MNISZCHOS, SAPIECHAS, WIELOPOLSCIOS, ZAMOYSCIOS, ŁASZCZOS, KOSAKOWSCIOS, WIELHORSCIOS, IABŁONOVIOS, CZARNECCIOS, SZEMBECOS, TARŁONES, RZEWVSCIOS, &c. &c. &c. *Totiusq́ Sarmatiæ Mytrata, Tyarata, Purpurata decora numeraremus. Cuncta in Te fulgent*

*Luculentiùs, quàm in Cæli facie colores Iridis Lucidissimi. Quemcunq; ex isto Coronatorum, Trabeatorumq; Superum gremio, ceu ex Pantheo Lituus volantis Famæ insonuerit; Tu audiris, Patriæ ad solatium, Militi ad amorem, hosti ad terrores horridissimos. Cum vel* CRUCEM *Tuam aspiciant Gentes barbaræ, aut Capita deijciunt vertice in adorationem, aut flectunt genua: hoc est evertunt bases ignobiles, in quibus temeritatis solidatur insolentia. Et licèt non fulmen in fata præceps teneas cêu* Capitolinus *Jupiter, non irarum Sacra vibras incendia, ceu Attila; malunt tamen hostes truncos Vertices suos in Trophæum reponere, quam Tua vinci Clementiâ. Adeo in Pudoris succum ebullivit nefandus Cruor, quod & illi, qui olim feriri debuerint, Tuæ humanitatis clementi Beneficiô respirarunt. Hæc est enim* DUCUM *nativa Gloria, nescire arietes Bellicos, nisi vellere Colchico mansvescentes; ut & adversa frangant, & amores foveant, vel hosti charos truculento. Quantumvis irritata sidera tonitruent fulminentq;,*

dulcissi-

*dulcissimi tamen roris stillant gemmilegia, quæ conchas ditent. Concedimus Dary servitutem in Catena Macedonis, sed pretiosam; quia aureâ. Docuisti Orbem hanc evidentiam* DVCVM SVPREME; *priusquam enim Martis aciem irruas, sicut quondam* FERDINANDUS *oleâ, Tu Liliato JOSEPHI Nomine involvis domitorem gladium; ut & ipsum fatum illi, cujus Caput messueris, sit floridum, habeatq́ suam Mors Tesseram; quia à Victore mandata. Nec Lauream admittis, quâ frontis sudores Martios tergas, si diro excisa ense. Jllò tantùm Coronaris post Prælia serto, in quo Reges florum incederent; dum immarcescentis Benevolentiæ Symbolum explicant. Utut Gradivi altaribus Sacrum, Purpurarumq́ Rosis amabile, Ver JOSEPHI niveum, ita Cælo gratiosum. Vix etenim plures in astris sedes habeant Cælicolæ; quam in terris Sellas floridissimas, Ædes Thæbis majestuosiores, quanquam Aurum ærarij pulsares, pro Cithara Amphionis.* Scribant istud in floribus horæ, *quòd inter damna componas diem singulam,*

*in*

*in qua non Divorum* MECÆNIS *liberalissimus, non Cœlitum delicium inveniaris. Nos interim ad Syllabum Gratiarum Tuarum liligerum convocati* DUX FUNDATOR JLLUSTRISSIME, *Sæcula in Notarios poscimus; Nam immensos in* TRIADEM *amores, Dierum annorumq; Labores non capient. Potest in Apellis tabula Augusta Victoriarum gloria combinari: in gemma Pyrrhi thronus Heliadum, Parnassus: non possunt, & si in Sybillæ folio augure definiri Favores Palatini; Infiniti sunt, quia* TRIADI *exhibiti. Extant munificentiæ Ducalis in Stanislavoviensi Collegio argumenta; adeo Solida; ut lapis quivis adamas videatur* POTOCCIANO *pretiô transformatus, Peroretq;* de Pariete FUNDATORI FORTUNATISSIMO *diademmata. In Conventu Tomaszoviensi* MARIANAM *erexisti Regiam; inqua, ad perennitatem regnet,* PILAVITARUM *Honor Princeps. In* KROTOSZYNensem *tandem Conventum omnes convenerunt Ducales Charites, tanquam Palladis Sacrarium Musæ, insessuræ Aras cultissimas, Te*

Ne-

*Numine benefico Ducum Optime. Id est ternæ* CRUCI *Tuæ Procerum ILLUSTRISSIME, distribuisti Liberalitatis Nummeæ Monumenta, unde quævis suum habeat fastigium, suamq; Coronam. Habeat ergo quævis; qualem pro annulo desideravit Policrates, cum sibi Felicitatem desponsaverit, qualem Mars gestaret pro galea. Habeat Lauream; qualem inter Triumphos Pharsalicos quæsivit Pompejus, inveniretq; nisi* Tibi *Victorum maximè illâ debeatur* Tænia, *quâ Polonum Orbem ambias, & facias Regum Patriam,* TE *Armorum* PRINCIPE, REGEM. *Nos iterum redimus* Tuo *Nomini Sacram: Neq; Palmam petimus; quia Lilia dares JOSEPHE, Fortunæ* NOstræ *crescentiam. Vinci gloriosum ducimus, & Lucinæ nostræ Crepundijs obstringimur Redemptores ad Laudabile servitium DUCI* CELSISSIMO. *Nodus ille obligationis non Gordius est, quem gladio solvas; sed cordialis, quem* Tuis *amplectaris Respectibus.* Tyrocinij *nostri Fascia,*

*scia,*

*ſcia, Faſces colligabunt, meſſisq́ Saturnini Sæculi aureæ manipulos, Cenſum gratitudinis optimum, VICTORI, FUNDATORI, MECÆNATI JLLUSTRISSIMO.*

# Jta DVCALI
# Honori pollicetur

Devinctiſſima & Devotiſſima


Provincia Polona Sancti

IOACHIM *Ordinis*

*Diſcalceatorum SSmæ* TRINITATIS *Redempt: Captivorum.*







# P A R S Ima.

## PROGNOSTICON NEO-NATÆ LUCINÆ quatuor Geniis Matrem præſagam ſtipantibus *SPE, FAMA, FELICI EVENTU, & LÆTITIA* conſignatum.

## APPENDIX.

CYbele Mater Præſaga & Deorum Genitrix commentis Poëtarum nuncupata, quemadmodum à Virgilio in conditam Urbis Romæ originem faſtis ſuper hoc editis adducta legitur: ſic ad hujuſve operis ſimilem euthyoriam, id eſt noviter enixæ ſub ſymbolo Lucinæ Ordinis Triarij S. Joachim Provinciæ, fabuloſo acreomate in augurij fauſtitatem diducitur; unde velut ex umbra corpus metiri ſolet, ſic veritas uberiori claritatis incremento pateſcit. Pingitur Cybele compoſito ad ſui majeſtatem eſſedo inſidens, cicure Leonum jugo vecta, Deorum comitatu ſtipata, verticè ſeptem turribus coronato, id circo, quod ſumatur (cum cæteris opinionibus) pro firmiſſimo terræ elemento, in qua ſepticollis Roma ampliſſime condita, velut à vertice Cybele, urbium & Orbis caput nuncupatione primatum obtinuit. Libuit tantiſper Matrem hanc præſagam Roma divertere in oram noviter enixæ Joachimi Diviniſſimi Provinciæ ubi (in ſymbolo Divinæ Opis) fundatis recenter Collegijs, Conventibus, & Reſidentijs, pluſquam ſepticolli decoratur & cingitur corona: Cum vero Præſaga Mater nominetur, eo quod ſecreto naturæ indicio ſuarum Prolium univerſi commodo reconditæ virtutis conſcia à nece & interitu Mariti ſui Saturni, id eſt edacis rerum temporis, natos occultaverat ſervavitq;: non incongruè Divinioris prolis ſuæ, Lucinæ in auxeſim univerſi Ordinis Triarij adepta S. Joachim Provincia vergentis, præfigitur. Itaq; eidem pro Divorum comitatu quatuor naſcentium Genijs FAMA, SPE, FELICI EVENTU, & LÆTITIA ſtipatæ, pro primicerio feliciſſimi augurij edito, nactum Epigraphe è Virgilio adijcitur.

ANIMAS ÆQUABIT OLYMPO.




En hujus Gnatæ auſpicijs illa inclyta Proles
Empireum terris animas æquabit Olimpo
Milleq; una ſibi muro circumdabit Aras;
Felix Prole virûm: qualis Berecynthia mater
Læta Deûm partu; centum complexa Nepotes
Omnes Cælicolas, omnes ſuperalta tenentes.

*Virg: lib: 6. Æneid:*

INSCRI-

# INSCRIPTIO

Profana terrigenis cædant
Cælesti Soboli
Divina Mater adesto?
Prolem nancisceris Cybele extra fabulam
quam
(ne fias improlis)
emenda.
Matrem Te Deorum fecerunt vates
dum finxerunt,
Multorum prolificam
quia præficam,
Saturni dicta insaturati Conjux
cui partum edideras
ut ederet,
Tunc sobolem peperisse gnara
cum perijsse,
Paucis læta
quos à Lethò occultaveras:
Semper fictè tristis vel hilaris
quamdiu fabulosa.
Age tandem
Fascias stringe
unde fasces prodibunt,
tantæ cunæ

 Sacros

Sacros germinabunt cuneos
dum LUCINAM evolvent
TRIADOMISTICAM.
Quam
[Opis nomine, in Opem Divinam verſo)
ſimul ac à ſæculis
INGENITO GENITOQUE foviſti TONANTE
Optimè in verum cöeunte fabula
munus Præſagæ obijſti.
Pulchrius ſub hac nominis epexegeſi
matureſcunt partus
quos pro indolis magnitudine maxima præveniunt auguria
*non occultum quoddam ingenuæ virtutis temperamentum eſt*
*in magna migrare nomina*
*poſt omina.*
Itaq; nomen repete Cybele
poſtquam fabulam emendaſti:
LUCINÆ partu ſobolem eniteris
in terris ter ſanctam,
Divinam inter Homines.
Iterum Divorum Mater
ſed pulchrius nuncupanda
tantò felicior quantò fæcundior
Tot in prole paritura Deos quot Homines.
vel ſi Homines?
*Quorum non Homo ſed Deus Author.*
Nunquam olim partu timidior
quam nunc læta;
Nuptum & pronuba mitiori mutuaſti Saturno
JOACHIMO DIVINISSIMO
eodem

eodem LUCINÆ Patre
quo Lucis æternæ Gnatæ
M A R I Æ.
Illius arcanum Nomen
Tuis ominibus aptiſſimo coaleſcit fædere
in Præſagium cöeunte PRÆPARATORE
ut firmiora cenſeas auſpicia
quæ PRÆPARATIO DOMINI præoccupat
*Adeo genius exoptationis humanæ rarò ſibi conſtat*
*cujus ominoſam expectationem*
*perſæpe eventus fallit.*
At præſtite JOACHIMO
Nullum non in proſpectu auſpicium eſt:
Etiam dum DEUS Illius præparatione proceſſit.
Dum eo pari nubilem
Nobilem Te adeo gratulare Cybele
in cognatis Divis
Congenitam Divinitatem adoriris:
Complebit Præſagia Numen
T. O. M.
Securiùs hoc Patre Prolem ſervabis abſconditam
Tantiſper abſcondendi partûs
à nece fabuloſi Genitoris ſollicita:
vel potius
Si tunc in Matris gremio deceſſit ſoboles
edaci tempore conſumpta
Nunc LUCINA vivet per tempora
æternitate conſummata.

# APPENDIX

GENIUS SPEI, vergens in magnum omen naſcentis LUCINÆ, certa auſpicatur præſagia ex varijs deducta ſignis: Imo quidem à refracto lumine Solis Myſtici, nempe Dei in Lucinam, ſeu Lunam (hoc nomine pro varietate munij nuncupatam) quæ ſi tota in Phæbi thæophania conſtiterit, plenilunium exhibet; ſic & Lucina noſtra in integra claritate Solis trimiſtici comparuiſſe infertur, ſiquidem in pleno & perfecto Lucis ſuæ exortu, ac nitore recens natæ & conſumatæ Provinciæ comperitur. Aliud omen ex feriis celebrati Imi Capituli Provincialis intra menſem Majum, qui teſte Ovid: faſt. lib. 5. ſolis Majoribus Dijs ſacer & ſolennis antiquitus habebatur ut refert. *Hinc ſua majores tribuêre vocabula Majo* unde non minor Majoribus cenſetur Lucina, quàm à majoribus nec tempus diſtingvit, nec facti auctoritas. Sic nec deniq; Majalia Gemini quibus Sol aſcenſum ſuum in gradibus Zodiaci movet certa bonæ ſpei auguria ferunt: Fabulantur namq; à Poëtis geminas eſſe Proles Jovis & Ledæ, Caſtorem, & Pollucem Deos Pelagi, omnibus terra mariq; periclitantibus hominibus opem afferre ſolitas, malaciamq; auſpicari, ut lepidè Venuſinus lib. 1. Ode. 12.

*Dicam & Alcidem puero ſq; Ledæ Hunc equis, illum ſuperare pugnis*
*Nobilem; quorum ſimul alba nautis Stella refulſit.*
*Defluit ſaxis agitatus humor Concidunt venti, fugiuntq; nubes*
*Et minax (quo ſic voluêre) ponto unda recumbit.*

Singula felici auſpicio Neo-natæ Lucinæ congeſta in ordinem non infimo futurorum omine parentant. Itaq; libuit Symbolum ſpei præferenti Lunæ lucem à Sole ſenſim haurienti donec totum ſuæ molis dyaphanum ſplendore offundat ſubſcribere Epigraphe. ex Virg. Geor, lib. 6.

SOLEM CERTISSIMA SIGNA SEQUENTUR.

INSCRI-




- - Solem certissima signa sequentur
Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia vota
Reddemus Nymphis; & cum lustrabimus aras,
Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore Cicadæ,
Semper honos, nomenq; Tuum, laudesq; manebunt.

*Virg. Eclog.* 5.

# INSCRIPTIO

Non Aſtrologiæ conatus eſto
ex Aſtris
Spes LUCINÆ futuras hic conijcere,
deſtituant artes ſuas
illius Aſtrolabia
quæ nön à lingvis Cæli certiſſima ſigna
pollicentur.
NASCENDÆ LUCINÆ
de Cœlo Poloque horoſcopen
utrumque ſupremum,
DEUS, SOL,
Ut quiſq; pro ſyderum celſitudine
Præcelſam menſuretur Indolem,
& exiſtimet
Majora non ſperanda
ultra hos Majores:
nec ullus ambigat
non primam maximamq; ſpem ex Deo
T. O. M.
ſuboriri LUCINÆ,
niſi diſcredat,
Prima maximaq; lumina Lunam nanciſci à ſole:
*Quid enim NUMEN niſi Lumen?*
in hac Theophania
Toto Theorico jubare luceſcere

LUCI-

LUCINA exigit
ut in ſuo Plenilunio
ſe tota depingeret myſticè TRINITATEM,
& hiſce coloribus
Optima futurorum efformaret omina
Sine noctis obſcuro, omnia in luce clareſcere
poſtquàm
*SOL & LUNA ſic ſteterunt in Ordine ſuo.* Pſ.
Tantis perſpecta oculis
in lucem LUCINA venit
utroq; climati ſpectatiſſima,
Poſtquam cœli jam Orbis;
in quo nata
Majales pro tempore nacta dies:
maxima vernantis per ævum ſpe præficitur
Menſis Maij,
qui *Majorum Nomine dictus*
nomen commodare LUCINÆ cenſeretur
niſi vox eſſet:
attamen
(quorum Geniture cedere ſolet]
quia Dijs etiam ſacer eſſe reſpuit
præterquam majoribus,
quiſq; conijciat
Auſpicatum LUCINÆ non à nomine omen:
cæterùm
ad maxima majalibus enixam ferijs
Parùm eſt,
niſi majoribus etiam ſignis
Spes LUCINÆ ſpectandas ſignaret
S O L

B in

in Gemino Cæli ſigno
anceps tamen
Num in ſuo vel LUCINÆ Cœlo, Geminum sydus
exambiat,
Seu
[Unico Ledæ partu enixam Prolem]
caſtorem & Pollucem:
aut congenitam LUCINÆ
POLONAM,LITVANAMQUE PROVINCIam,
utraq; Majalia ſigna ad lucem genita
ita Poli hæc POLONIÆ:
niſi, illa errori obnoxia
ſola SOLI non ſufficiunt
iſta gradu unico æternitatis diem metiuntur.
Quid quid eſto?
Alterutra neonatæ horoſcopo Provinciæ
Halcyoniam ſpondent malaciam;
Non expectentur dies nubibus fædi
nec procellæ vocali fremitu minantes,
quoaduſq; cymba LUCINÆ
in mari magno & ſpatioſo
ad portum Lucis æternæ
navigabit



# APPENDIX

FAMA ALTER MATRIS PRÆSAGÆ GENIUS suis iconibus præfert speciem personæ Humanæ; alis in sublime protensis à pedibus & humeris prodeuntibus, integrâ de medio plumarum oculis conspicua, subter lingvis, faucibus, & auribus plena, sonoræ vocis suæ oracula tubâ resonans: Genuinum illius specimen definivit Virg. Æneid. lib. 4.

Illam terrà parens, ira irrita Deorum
Extremam (ut perhibent) Cæo Enceladoq; sororem
Progenuit pedibus celerem & pernicibus alis (plumæ
Monstrum horrendum ingens, cui quod sunt corpore
Tot vigiles oculi; subter (mirabile dictu)
Tot lingvæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.

Hæc tandem in vestibulo nascendæ LUCINÆ comparet (quæ alias semper notabilioribus rerum primordijs adesse solet) ut omnes sui partes impleat, non levis obsequij perfunctura officio; amplam siquidem crepundiorum Inclytæ Provinciæ famigerandi cumulat seriem, quâ illius virtutis dotes, meriti stipendia, propagatæ suæ Religionis incrementa, erectas in extremis rerum vicissitudinibus Fundationes, incensi animarum zeli ardorem, impensum Redemptioni Captivorum laborem & pretium, omnigena deniq; pietatis studia, superno DIVINÆ TRINITATIS munere præstita, & per spatia charitatis dilatari concessa (quantum supremum Numen in operibus suis laudare decet, laudariq; debet,) personet & occlamet. Symbolum itaq; Famæ præferenti, lingvæ flammeæ alatæ & oculatæ adijcitur Epigraphe. Georg: lib. 1.

UT LICEAT TOTUM MIHI FERRE PER ORBEM.




Tu mihi ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi
Sive oram Illirici legis æquoris en deerit unquam
Ille dies mihi, cum liceat tua dicere facta!
En erit ut liceat totum mihi ferre per orbem
A Te principium tibi deſinet æthera circum
Iter victrices ederam tibi ſerpere lauros.

*Virg. Georg. fol.* 84.

# INSCRIPTIO

Nihil pennatum,
Non ens oculatum,
Lingvam Echonicam,
Vivum chaos si nosti
FAMA SUM;
Deorum, Hominumq; arbitra:
Melior vitâ, morte severior.
Dum benè spiro respirant sepulti,
malesona vivos eneco
Alternos Hominum exitus præoccupo,
Vitæ principia, mortis extrema
& æterna,
& Tu me præstite nisi vixeris
vivus non es.
Omnibus adsto à nullo cognita:
cognoscor postquam transeo
noscere me si desideras
Vocale Echo præstolare & audi.
O! utinam
Tam optabile bonum suis sæculis evenisset Lecho - - Echo
Quod eodem ævo
Dum desideravit, vidit Orbis terrarum - - rarum
sane rarum
Cui TRIAS haud in immagine vix fuit cognita - ita
quemadmodum ad præsens
Toto in Orbem diffusa Cœlo perspicitur præstolata- - lata
Mille congesta syderibus
Cunctis præfulget oris ampla Familia TRIADOS - - dos
& in

& in Polum lapſa Polonum
Priſtino ſui Ordinis vigore decorata - - rata
promicat
Ac ſi crebris noctibus favens Lucina reſtituta: - tuta
ut ſerenum mane
De ſub occiduo Maurorum Byſtonio reddat Captivis - - vivis
quos ſquallore exanimes
Toties ſub eclipſes ſuæ Lunæ coëgit Ottomania - - mania
*Nulla quippe nox atrior atrocitate*
*Quæ nec placidè mori ſinit nec vivere* - - verè
ſed tandem
O felix ſydus LUCINÆ?
quod vitalem lucem emanat Catenatis: - - natis
Bis natis vel melius
ex Matre Miſeria
ad Patriam libertatem enitendo - nitendo
ut bis eorum ſaluti gratuletur Eccleſia
*quibus nil naſci profuit*
*niſi profuiſſet redimere.* - - ære
Gaudete felices Animæ
Vobis plus cæteris Cælum impendit
denuo redemptis - - emptis
Deniq; tecum Lechia
integer gaudeat Orbis - - - bis
Qui poſt Redemptorem Xtum
continuos nanciſcitur Redemptores. - O res!
ne poſtquam ceſſere
Redempti Captivi ab inferis - - - æris
in Orbe
Sub jugo ſervitutis Fideles maneant - - eant
ac tandem

Efful-

Effulgeat terra Cælo compar - - par
Quæ auspice Cætu Triadis
miseriarum - - harum
Sublativa fieri incipit mortalium - talium
Quis non felix hoc Ordine
Cœlitibus in nullo degenere - Genere
Dum etiam Xtum sua æmulatur Pietate - ætate
Et videre jam dudum exemplar Trinitatis concedit - - edit
Quod tandem prospero auspicio
in luce POLONÆ LUCINÆ cernitur evolutum
PATRE LUMINUM JOACHIMO - Imo
ut in occiduo sydere suo Polo effulgeat - eat.
Non plus ultra TRINITATEM
de LUCINA TRIADOMISTICA dictura Fama sileo ⎧ eo
haud tandem taceam - - ⎪ eam
Fiet hoc perenne Echo Famatæ - ⎪ amate
LUCINAM. ⎨ nam
nisi laudem tacendo - - ⎪ endo
Silentium amantis, tacebo Gloriam ⎪ ori jã
Cui quidquid Orbis æstimat est exile ⎩ sile

APPEN-

# APPENDIX.

GENIUS FELICIS EVENTUS omen Matris Præſagæ ex futurorum indagine, ad præſentes revocant obtutus, deſignat proſperum Lucinæ molimen à prolixa deſideriorum propulſatum expectatione per Lunæ plenæ Symbolum: quæ longo tractu permeans ſui hemiſpherij vadum, ſorte ſua lætior conſpicitur, poſtquàm exterminato globi terraquei obſtaculo lucem pleno ſolis conſpectu ſortitur illudq; pleno ſui dyametro emanat. Non abſimili eventus ordine, ſuæ lucis plenitudinem LUCINA prolixa cunctatione præſtolata, donec ab ingreſſu in oram Poloniæ emenſis quinquaginta circiter Annis, completo tandem nitore adeptæ Provinciæ clareſcere cœpit. Pauco tantiſper parcoq; illius ſplendori adinſtar oppoſitionis terreæ indignum Cænobiorum complementum obſtitit; quorum auxeſi etiam ſanctioris emolumenti fulgor augeri debuerat & expectabatur. At quia pluſquàm ſat eſt, faventibus Superis, jam tandem in proſpectu Poloniæ propagatus Ordo Triarius cernitur, abs dubio cenſendum venit, quod in Cœlo cætus almi pleno Solis Trimiſtici influxu, ſeu gtatiarum incremento inclyta Lucina perfunditur, cujus perampla Theophania in ſui ſimilitudinem ſic transformatur ut ſi licuit olim Plinio lib: 2. c. 32. ſub Conſulatu Faunij & Domitij tres mirè lucis apparentes Lunas ſoles nocturnos nuncupare quanto magis Sydus Lucinæ Trimyſticum, Triunius Dei ſplendore rutilum eam apellationem meretur. Itaq; Lunæ plenæ felicis eventus dogma præferenti ſubijcitur Epigraphe.

NON ULTRA TORQUEBERE VOTIS

INSCRI-




Quod populi plausu Procerum quod voce petebas
Aspice; non dubijs ultra torquebere votis
Celer adest oculis aderat qui mentibus olim
Spe major, fama melior: venerare curulem
Quæ tibi restituit fasces, complectere dextra.
*Claud: de laud: stil: lib. 3.*

# INSCRIPTIO

Quid non lucidum?
jam in ſuo LUCINA ſtetit plenilunio.
Totum quod illius ambit diametrum
ſerenum eſt.
Quæ olim Triformis diei meruerat
nunc fieri perſpicitur;
Hoc Ter Myſtica Theophania Solis
Deus ingeminat,
Qui plenam ut faceret
integra complevit TRINITATE:
Hoc deniq;
Candidus Ordo explicat
Numen Ter Sanctum fovens pro lumine.
In Cætu Cælum reperit
Cujus agnatui adſunt coæva ſydera,
tot candidis excita luminibus
quot Nominibus candidatis excitata.
Ac tandem
poſtquàm Polum ei conceſſit POLONIA,
hac *à Luna ſigna diei prodit* Eccl. 43
Aut potius
Orbi prodroma contigiſſe tempora
quibus conferenda foret
*Lux*

*Lux Lunæ sicut lumen Solis* Isai: 30.
nec lippis hæc perspexit oculis
LECHIA
à nativa nactis Aquila:
(quorum conspectui quidquid obviat
nitet in lumine
vel supero, vel supremo)
Vidit quod decuit
imò debuit:
nisi fortè
Supremo Ecclesiæ Capiti
(lucis TRIADOMISTICÆ crepuscula
æquè suscipienti ac suspicienti)
negaret oculos Polonia;
sed absit?
JOANNES III. REX POLONIÆ
Libertatis fautor & auctor
postquàm sui Regni liberi Captivorũ vindiciã
in Ordine TRIARIO
foveri didicit
à Superis suo Polo datam complexus Galaxiam
quã serenum iter reducibus panderet mancipatis;
id est:
Bono ordine perennem libertatem tuitus
postquàm Ordinem intuitus

TRINITARIUM.
Provido JOANNI
Regius Poloniæ Ales
optimè pupillas impendit
dum in primo exortu Lucinæ proſpexit
quid probè adverſus Lunam moliretur
Otthomanicam,
quam ſtrenuè
ab univerſæ Europæ eclipſando Sole
Marte Polonico ſub Vienna propellebat.
Complendo Sarmatiæ Polo,
hoc ſydus Lucinæ induci debuerat
atrox namq; nox Patriæ
à Gethico Byſthonio timebatur,
at poſtquàm
faventiori Lucinæ ſyderi
conceſſum Poloniæ Cælum perſpicitur
Illius lux noctifida,
in placidam vergit Libertatis quietem.
Quæ
Jam dudum ſollicitè toties laborabit,
quoties
detentos ſub ſquallore Gentis Barbaræ
Captivos Poloniæ
liberabit.

# APPENDIX.

LÆTITIA Speciem venustissimæ Virgunculæ referens, floreo serto redimita, aliud manu prehendens, ultima Comitum Præsagientis Cybele omnium Geniorum vota & omina Coronat. Ex enucleata circumscriptione Gellij lib: 2. noct. Att. c. 27. *Lætitia dicitur exultatio quædam animi, cum gaudio efferventiore rerum expetitarum:* quàmobrem ad præsens sui nominis munerisq; optimam partem implet, ut pote in obtenta noviter S. JOACHIM Provincia faustissimorum Præses eventuum. Symbolum Lætitiæ præfert Campus Elysius Dianæ sacer, idest (sub alia nuncupatione) LUCINÆ, cui id pro munere speciali. Oda Horat. adaptat.

*Montium custos Nemorumq; Virgo*
*Ter vocata audis Adimisq; Letho*
*Diva Triformis*

Efformatur in Symboli icone, splendore super collem Elysij micante, designans statum suum apprimè serenum, quod bonis auspicijs in Corpore Ordinis Triarij elocata constiterit; cui occinit applauditq; Lætitia usitatissima olim apud Rom: acclamatione signum gaudij explicante ut refert Horat. in Salutat. Trium Aug: lib. 4. Ode. 3. & Ovid, in Drusum Germ: Trist. lib. 4. Elog: 3.

*Tempora Phœbea lauro cingentur Ioq; Io miles magna voce triumphe canet.*

Eodem ferè plausus exemplo Lætitia in vocem proruens gratulatur Imo Lucinæ novum in ora Polona Elysium ubi (per modum fabulosi illius Campi) novam progeniem transferendam Cœlo elocat & moratur. Gratulatur denuò Matrem quamvis seram, non posteram. Applaudit tandem Luci illius, lociq, in Gremio sui Ordinis adepto quem arcana virtus Cœlo facit non absimilem, sedemq; quandam Beatorum in terris constituit: Unde huic Symbolo speciem Elysij præferenti adijcitur Epigraphe.

HIC DULCIA GAUDIA QUÆQ;

INSCRI-




Atria lassantes Cœli descendere ad istas
Sæpe solent sedes, ubi dulcia gaudia quæq;
Elysijq; omni recreantur tempore gustus.
Lætitia hic habitat, felicia tempora semper
Tranquillos faciunt, omnes hic vivere semper
Dulciaq; æternam transire per otia vitam.

*Mag: Stopinÿ Capr; Mac: de Laud: Pazziæ.*

# INSCRIPTIO

*Io Pæan*
LUCINA TRIADOMISTICA
toto risit Cœlo;
postquàm flebile solum Cætu revisit
seu mundum elusit, Elysio
in Orbe terram fugijt:
Polum reperit in Polonia,
(cui cum Cælo ut Numen sic nomen comune
Regia
sola cum Empireo libertatis amica:]
ac inibi
Ludorum Gymnasium aperuit,
morem gerendo quo suos edoceret
quid post tempora æternum in Cœlis mererentur.
*Io Pæan*
Hæc illa alma Parens,
Quæ natu suo nativas umbras depulit.
Ortu diem prævenit.
Necdum nata jam nota
adolevit in partu:
vel potius
Simul ac nata, natos nacta
Mater vix Filia

Pri-

Primoq; intuitu quo se, vidit & Filios
Ter Felix
Ter fæta
Ter Læta
Quod postremo nisu
Primæva ediderit Primogenita
TRINITATI.
*Io Pæan*
sonent Chorea voces & jubila,
Pro lychnis & facibus
Mentes & Animi serenentur,
ut morem compleant,
Qui plus oris Atticis sydus proprium
præstolati.
LUCINA
longam desideriorum depellit noctem
ut vertat in diem.
Luce luces ingeminat,
ne extra suum sydus alieni quærantur soles.
*Io Pæan*
Saltibus pete Dianæ saltum,
gaudens carpe Elysium.
vel si ficta refugis
Cœli delicias in Lucinæ Regia
complectere

Illa

Illa Tibi
Novum Cælum terramq; pandit
Cujus prospectum non absimilem
extasi Apocalyptica recreatus Joannes
vidit;
Hic namq;
Postquàm innumeram signatorum turbam
sangvine Agni dealbantem stolas
NOMEN FILII & PATRIS
signo pectoris, mentisq; ferentem
notaveris,
Cætum censeas TRIARIUM.,
novo Cælo & Terra collætantem.
Ideo
dum quidquid in Orbe est
cænum existimas,
splendentis LUCINÆ clima
Cælum in terris
fateare



# PARS SECUNDA
## GLORIA PARENTATÆ LUCINÆ
*Supereminenti Divinissimæ Trinitatis titulo ac Divorum Authoremate in Illius auspicatissima origine collata & propagata.*

## SYMBOLA APPENDIX.


NUncupatus Nomine SSSmæ Trinitatis Ordo Triarius, ille est, quò *per speculum & in ænigmate* Mysterium Triunius Dei elucescit. Namq; arcana Illius supereminentiæ profunditas, humanis mentibus æternum abscondita, cum nullo mortalium nisu attingi queat; Divinum sanè secretum allicuit, ut solus idemq; qui *hominem ad imaginem & similitudinem sui formaverat* (ne potior Apelles lateat post tabulam) in novo Hominum sibi sacrato germine etiam Trinitatis specimen depingeret: Idcirco sub tempus Regulam & Approbationem Instituti sui à SSmo D. Innocentio III. expetentium SS. Protoparentum Joanne & Felice, facta super aram Lateranensem per Angelum cælitùs inter Captivos colluctantem revelatione, ejusdem oraculo. Deus se solum Authorem dixit, cæteroquin efformatum specie Tricolori habitum, Mysticæ Trinitatis in Ordine Triario æctipon perpetuum reliquit unde meritò censendum venit.

*Nemo Hominum potuit tantam producere formam.*
*Nempe sua hic pinxit se Deus ipse manu.*

Nam explanatione nuncupati Innocentij III. Pont: M. color albus tanquàm cæterorum colorum principium, *Deum Patrem* denotat: Lividus, *Filium* cujus nempe livore sanati sumus: Rubeo Ardens Amor *Spiritus S.* designatur. Idcirco (ab hac forma Arcanæ Trinitatis collimato speculamine) Deo T. O. M. collatus Ordo Triarius, non abs re speculorum afformatur symbolo, quorum unoquoq; Sol Luce, Calore, & splendore refractus totidem species multiplicat. cum apposito EPIGRAPHE.

UNUS PER LUMINA MILLE.

ELO-




TRI NUS & unus adest; quod Ternis convenitun

TRI MIXOS referet, monstrat tres angulus al

TRI Ut Pater in Fili sicSpiri: estDeoUg

*De terra Cœloq; De* (◉) *per sæcula sit laus*

*NImirum TRIADOS simplex substantia , tanTas*

# ELOGIUM

Poſtquàm à faſcijs proceſſiſti
LUCINA,
Tuum ipſa Nomen adora,
id eſt NUMEN in NOMINE.
Illis Te Majoribus gratulare cognatam,
quorum originem incepit Divinitas
& finijt
A Θ.
Quodſi ex linea noſcere deſideras
Parentopliam
ſcito
ſcientiâ inſcrutabilem,
Immenſitate menſurabilem
TRINITATEM.
Illa namq;
Æternæ Originis Proſapia,
Ter omnibus numeris abſoluta,
Nullis majoribus Maxima,
[In qua Pater ingenitus ſola facunditate fæcundus]
Poſtquàm ſui conceptione concepit,
Notione natum edidit,
dixit VERBUM & FILIUM
ac Myſtico fædere Paracleti
Spi-

ſpirantes junxit Amores,
PERSONAS;
quas
Nec diſtingvit Divinitas,
nec Majeſtatis æqualitas multiplicat;
æternum generans
nec generare deſinens;
ut ſeſe cognato nexu illigaret Orbi
ac Myſtica Theogonia
Còévam immenſitatem, transfunderet ſæculis
arcanæ TRINITATIS imaginem
figuris depingeret
vel potiùs
conditam cum Homine Divinitatis ſimilitudinem
corrigeret
redegit in Ordinem Triadigerum
albo, rubeo, ac Ceruleo triformem colore:
ut mundus haberet ænigma
Quo inſcrutabilem TRINITATEM ſpeculetur.
Verum tamen
ne in hoc Ordine ſola credatur imago,
aut cæca TRINITATIS agnitio
ex coloribus judicetur,
hac forma ſe in Cætu
quâ in Cælo myſticen efformavit:
cæte-

cæteroquin iterum videre dedit,
Quod æterno apparatu prævidit Cælum,
vidit Orbis,
invidit tartarus,
ut nempe quo Ordine processit in Trinitate Redemptor
ſuccederet in Ordine Trinitario Redemptio.
idemq́, Spiritus
Qui Perſonarum ad invicem Divinos amores
communicat,
effuſa Redemptricis Ordinis charitate
medium dilectionis vinculum
inter Deum & Homines communiat,
adeoque
hanc ſuæ moliminis coloniam
firmavit oraculo,
nam exauctorato mortalium niſu
D. T. O.
Ordinis Triarij
ſe Authorem & auctorem dixit.
Quippe
Indignum ratus ne pariat
Qui parere fecit alios

SYM-

# SYMBOLUM.


## DIVINISSIMI JOACHIMI PATRONI TITULARIS ORD: SSSmæ TRINITATIS POLONÆ PROVINCIÆ.

*Manus Promethei animando mortalium corpori, suffuratum à Sole ignem conferens.*

NOtiſſima Pòëtarum fictio idcircò Prometheo primam Hominum conditionem appropriat, quod is, efformatam ſpecie Hominis glebam, adeoq; inſenſibile ſimulacrum animare cōtendens, ſtudio & opera Minervæ uſus, quæ vigore Tytaneo refovendum cenſuit, & conſuluit: quod & factum; Prometheus nāq; callidè de rota plauſtri Phæbei ſubductam ferulam ſolari radio ſuccendit, ſuccenſaq; ſpiritum ſtatuatæ glebæ excitavit. *Humanum madido formans in pulvere corpus contigit, & venas vitalibus imbuit auris* ut canit Mant: Sanctior Prometheus Joachimus, Diviniſſimus, præſtantiori verioriq; ad excitandam Patronatus ſui in Ordine Trinitario Provinciam, uſus opera, qui non callida ſuffuratione ſpirabilis faculæ, ſed naturali jure ſibi lucis de Luce diſpenſatione conceſſa, ut olim ſtirpe ſua Numine enixo, mortali Hominum propagini, vitale Lumen edidit, ſic ejuſdem lucis uſura faxit, quod Neonatum Triadigeræ Lucinæ germen in perfecto ſuæ Provinciæ ſtatu conſtituens, idem (ut proprio tandem vigore reſpiraret) Cæleſtis ſpiraculi Lumine roboratum animavit: unde appoſitum habet Epigraphe.

CONFERT SPIRACULA CÆLI

ELO-




S acratus Petitur Patronus ab Æthere viggilL,
Jnſontes Animas R egat ut; Regnās in olympO
Officioſa Tuens, Oblectat & Erigit omeN
Aſtriferis, Redeunt Virtutum & Genere clarI
Cantus, & Orbicolæ Joâchimi Nomine fauſtÆ
Heròém Norunt, Narciſſus & Incola noſtrO:
Joâchimus Ualido Celebrandus Pectore, SanctuS:
Magnanim9 Semper Joâchim9 ab Omnibus audiT:
ELO.

# E L O G I U M.

Tota æternitate ſterilitatis probrum emenda
Parentum fæcundiſſime JOACHIME;
Qui etiamdum in Cælis parere non deſinis,
Prolem Tuam
denuo Cœlum videre geſtijt,
ut denuo Matre gaudeat,
Quâ Numen editur
unâ Theandricum alterâ Triarium:
id eſt
Quarum primo Gremio
Patris Æterni Proles
uterum obumbrante ſpiritu
Concepta prodijt:
Altero
Filius cum Patre & Spiritu
texente figuram myſterio
concipitur.
Inter utraſq; Proles
Myſtico Maternitatis jure condito
utramq; Matrem & Virginem
Fætam non fædam,
(ne quidquàm diſcrepet)
totum concipi vides,

quod totum capere Cœlum non ſufficit.
MARIÆ uterus
claudit DEUM factum Hominem,
Gremium nuncupatæ LUCINÆ
Nominatam complectitur TRIADEM;
ſcilicet:
ut in Orbis nova Proſapia
Alterutra Prolium inter Homines
una Deo vitam daret,
Nomen altera.
Tanta Generis Euthyoria?
eodem Patre
Mundo prominet Redemptor,
& Redemptio:
Ne crederet alteri ſuam Familiam,
cavit Deus,
Non ſat pollicitus
ſemel de Tua proceſſiſſe Parentoplia:
Adeoque
Quâ prodidit Humanitatem mundo,
Myſticam recondere TRINITATEM conſtituit.
Ne tandem
bono ſuo tellus invideat.
quo totum implevit Empireum?
Tua namq; JOACHIME Colonia.
no-

novam ſobolem nanciſcitur,
Quâ iterum Divorum Myſtologia,
& Parentis Gloria renaſcitur.
Æternis auſpicijs
Ingenuam Tibi Filiam complectere
[quam perſpicis) LUCINAM,
En Tuæ virtutis
Hereditaria Beatior ſuccedit dote,
eo Patri ſimilior facta,
quod & ipſa in hecatomben Trimiſticæ Trinitatis
pauperum impenſæ vinctorum
cenſum tripartiri conſveverit.
Plùs impendet,
dum ſe Matrem dicet
cujus Prole creſcet Parentis Gloria.
Quinimo dicit, cum didicit
JOACHIMI auſpicijs
Quod ſacri ſui Ordinis animas
tot reſpiraſſe animas
novis legibus æquè ad vitam ac normam renatas
cujus gaudia
nec fere ſatis poteſt, neq; fari.

# SYMBOLUM.

## SANCTI PATRIS JOANNIS de MATTA.

Crux aſtrifera, ſeu Stella quatuor aſteriſcis conſpicua, vergens ad Polum Antarcticum, nautis inter perplexa maris invia ad inveſtigandum vadum apprimè propitia de qua canit Finnotus.

*Æquore qui fluctuas quæ margo incerta viarum?*
*Crux tamen in portum prævia monſtrat iter.*

## APPENDIX

UTi ſpectatiſſimum Imi Humani Generis Redemptoris Xſti, Crux Symbolum eſt, (quâ liberato de Captivitate erebi populo, iter in Cælum reſeravit ſeu teſtimonio S. Petri Dam: *Cæleſti Hieruſalem renaſcentes cum triumphali gloriæ novos Cives invexit* Serm: 1. de S. Andr;) ita ſecundum poſteri Redemptoris Mattenſij æctipon cenſeri debet, quem ſibi non abſimilem ad propagandum Redemptionis molimen D. T. O. decrevit conſtituere, dum eo Duce & Anteſignano, integram Redemptricis Ordinis Familiam, per Angelum triſymbola Cruce ſignatum perpetuum paradigma referentem inſtituit. Documento fuêre victorioſi ſucceſſus anteſignanæ Crucis Triariæ ſub Alphonſo VIII. Caſtellæ, Petro II. Arragoniæ, & Sancio Navarræ Regibus, quorum militares copiæ contra perduellem Miramamolinum Maurochiæ Regem, Cruce Triaria pro ſcuto & lorica uſæ feliciter triumpharunt. (vide Trium: Miſer: qui pro ſe citat Spondan: Didac: &c) nec non in Inclyto Poloniæ Regno noſtris ferè temporibus quædam cohortes pro libertate ſuæ Gentis militantes eadem Crucis teſſera munitæ, bonis auſpicijs in campum prodierant. Adeoq; Crux Triſymbola poſtquàm tot eventibus victorioſo præceſſit argumento, clariſſimum ſpecimen ingerit, ut eo Xſti Sigillo à JOANNE Diviniſſimo ad ſui ſuæq; Religionis decorem adoptato; Antemna Redemptionis gloria & Icon Trinitatis Sanctiſſimæ conſignetur. ideo appoſitum legit *Epigraphe.*

FULGET HOC LUMINE NUMEN.




Invide perge Typheûs ✠cibꝰ Trias erigit effoD
Omina fauſta parit ✠ Cœlo dira MegerâE.
Accelerat ſignoq; tegit ✠ temperat axeM
Ne ✠ce ✠ ✠ciet, ✠ce ✠tꝰ ✠ ✠ciat A
Nequæ dira ferāt Capti ✠ vincere prœſtaT,
Et MATTAPLANIS ✠cibꝰ Captiva reduciT
Signat, & eſt Captis ✠cunctis teſſera Sāct A.

# ELOGIUM.

In ſuam Te vocat Gloriam
& ſimul
Tuæ vacat Gloriæ LUCINA
JOANNES DIVINISSIME.
Luce ſua
ſplendorem adauget Generis
quem Te Patre nanciſcitur
terrâ & æthere fulgentiſſimo:
novum ut Polum adintegret
quod præclaris auſpicijs
TRINITAS
In Ordine ſuo habere conſtituit.
Hac in Metheoria
Tu Sol novi luminis,
cujus faſces Illuſtri Genere,
faſciæ luminoſo Æthere,
faſti Cælo
effulſere clariſſimi:
Solis inſtar
ſereno crepuſculo
diem ferentis ſereniſſimum,
niſi plus ſole cenſendum foret
MAT-

MATTENSIUM,
pro æthereo
Empireo lumine præfulſiſſe.
Ter fuſa Cælitus flamma
quid?
Niſi Te victimam Trinitatis offuderat.
Alias
hac etiam in imagine,
obſcurum Triadis arcanum foret
niſi totidem clareſceret luminibus.
Redemptor futurus
poſtquàm omnes mundi aſperatus ſplendores
ne in tenebris & umbra mortis ſedentibus
ſine luce diei ſolatia ferret,
Divinis effulſit luminibus:
ratus meliora hæc crepuſcula
quæ [barbaro ſole ſquallentibus vinctis]
diem intenderent mitiorem.
Ut ſolus JOANNES
Redemptorem Xſtum æmuletur
Angelo bis Captivis ſtipato
officioſam eripuit coloniam.
Plus Angelico functurus munere
non jam ſolum pedis offendiculum
ſed inter vincula

eti-

etiam Animarum cauturus diſcrimina.
Quanti meriti Te Cælum æſtimaverat,
ne primopoſteræ Redemptioni
denuo Xtum oporteret incumbere:
Te primò poſt Xtum voluit Redemptorem
& inſtituit:
ac ideo Crucem indidit,
ut in qua exaltatus Chriſtus,
Te gloriari oporteat.
Ne dicam
addidit Cruci gloriam Xtus,'
in Cruce Mattenſio
in qua eidem integræ figuram Trinitatis
commiſerat.
Acſi Regium Salvatoris prothotypon
deſideraſſet Trias,
niſi in Novo Redemptore
ſingulis earum Perſonis
Myſticè communis evaderet.
Tanta Gloria?
in qua
quidquid impendit mundo Trinitas,
Cruce Mattenſij retexuit.
Majora nec Cælum dare poteſt,
nec mundus recipere.

SYM-

# SYMBOLUM

## SANCTI PATRIS FELICIS VALESII.

*Regia Inſignia cum faſcibus Xſti collata, quos è nubibus protenſa manus à reliquo Principatûs ſæculi apparatu diſcriminando ſuffert.*

## APPENDIX.

ID ipſum ſui æctipon cum Natura ſuo ævo intulit VALESIUS, nempe adhuc primogeneo originis vinculo ſtrictus inter Matris gremium, ſimul ac per ejus profuſas ante Aram Hugonis Archiepiſcopi Rothomagenſis expetitiones, exoptatus præſtolaretur, ortum ſuum prævenit FELIX, necdum natus jam cognitus, viſus eſt in ſomnis à Pientiſſima Matre ſua *Eleonora* inter brachia Genitricis SS̃mæ cum Infantulo JESU gravem adeo Crucem ſufferente pro liliorum corolla (id eſt Galliæ Gentis Regio inſigni) mutuare. Ampliori abs dubio fænore Regis honorarium quod contempſit recepit VALESIUS, ut pote Regi Regum Xto conformior factus, eumq; ſui ſequacium Inſtitutione Redemptione q; imitatus demum limitatam ſæculi Majeſtatem æternis Cæli faſcibus coronavit, ubi nec fati, nec fatorum pericula vigorem infringunt Poteſtatis, tantò ſui Principatus uſurâ felicior, quantò ſecurior: ut eidem occinit domeſticus vates.

*Auguſta de ſtirpe ſatus diadema reliquit*
*Sic pro terreno Cælica Regna tenet.*

Quamobrem ad Gloriam ſuæ Parentopliæ præcelſam Regiæ curulis S. P. FELICIS VALESII inclyta Lucina adſtipulans, firm itati Illius à Xſti Inſignijs collatæ applaudit EPIGRAPHE.

DAT DECUS VALITURA POTESTAS.




FELIX miſſeri ♥ s prœ ♥ dia mitia pandE
Eri.pe ♥ da pre ♥ ♥ ralis ♥ rigelapſoS
Lumine ♥ roborans ♥ datus ♥pore XſtI
I ſolve [ex ♥ des ſtringunt en ♥ poranexU)
Xanthicles; ♥ dis nodos ve ♥diaErynnyoS
V̇exat, Quos ♥ ram vinctos ♥ ypeus ab antrO
Auferat & ♥ rum ♥ reptũ ſiſtat iniſthmiS
Lux ut reſplendẽs præ ♥ dia móèſta sereneT

# ELOGIUM

Stirpe Tua gloriare LUCINA
ad cunas Nobilitatem traxiſti Patritiam
Togas inquàm & Purpuras.
Primas
Doctorum Princeps Mattenſius nactus
ad alteras
jure ſalicæ Gentis
Principum Sereniſſimus natus
VALESIUS.
At quia
*exiguus Nobilitatis Honor eſt*
*Regem fieri à cunis, non à cuneis*
(ſeu
videre ſe Principẽ naturâ factum non merito)
VALESIO utrumq; decus ex alvo prodijt,
in quo
priuſquam natus coronatus:
Naturam Dignitate prævenit
Rege Hominem.
Bonis adeo auſpicijs
uteri in Regia ſolus Rex & ſubditus,
bene imperare didicit,

Qui ſimul didicit æquè parere ſicut pari.
Talem futurum Galliæ Principem
ſimul invidit Cælum ac prævidit,
Galliam eripuit ut ſubderet Empireum.
Conſcium
raræ adeo Regem Indolis
Qvi priuſquàm Diadema ſæculi tenere didicit,
didicit contemnere.
Infans ab Infante JESU
mutuum pro ſceptro Crucis labarum
oppetijt,
Floribus Franciæ ſpinas Chriſti intexuit,
ne quis exiſtimet
VALESIUM inermem Innocentiæ Regem,
Cui tanti in præſidium coacervantur aculei
imo forti⁹ ſuo inhærere robori diſcernat Regiã
ijs vallatam ſtipitibus,
quibus etiam dum Deus præfigitur.
Attrita ſpinis lilia odorem ſpargere
qui obſervaverat,
dicat FELICEM ad Regiam virtutũ fragrantiã
inter dumeta Chriſti effloreſcere.
Cœlum pro Francia emit VALESIUS,
mirum foret
Xtum citra lucri injuriã fænerari,
Niſi

Niſi capeſſeret ſuum pretium Regia
contemptu VALESII.
Ceſſit FELIX Regno & Patriæ,
F E L I C I
Cœlum, in Patriam & Regnum ſucceſſit:
bis Rex & Felix,
quem Cœlum
[quamvis in terris) ſui Principem conſtituit.
Imperium extra mundum tenuit
in eremo Empireum,
*Auguſtiſſima Cæli Monarchia*
*nunquàm potior,*
*quàm inter anguſta ſæculi abdita comparatur.*
Imperanti Eremicolæ paruêre bruta,
quæ nunquàm parent etiam Regibus,
niſi Felix foret.
Tantùm de privato ſollicitus apparatu
cavit ne etiam extra Aulam ſine curialibus eſſet.
Providit Menſalia corvus,
Cervus anteſignanum egit,
proprium FELICIS inſigne præferebat quia Crucis.
Reliquum officiorum genus obſecuti Cœlites
ac primum Rex Diviniſſimus nova Metamorphoſi
ex Hominibus Cœleſtem condidit Familiam,
quam ſcilicet:
dum videt Orbis, tot Regnis peramplam
cenſeat
Felicem apprimè Regiam,
in qua Felici Regi nunquam emortuo
nova ſemper Procerum Familia enaſcitur.

SYM-

# SYMBOLUM.


## V.P.N. JOANNIS à CONCEPTIONE REFORMATORIS ORD: SSSmæ TRINITATIS Discalceatorum, de Redemp: Capt:

*Phænix ex veteri busto sui corporis in cineres Solis ardore redacto, in nova forma renatus.*

## APPENDIX

FErtur de Phænice famosissimo totius Orbis alite, (quem unicum habet Arabia, magnitudine Aquilam cöéquantem, auri fulgore circa collum, cætera purpureo, cauda cæruleo, roseis pennis, facie cristis, caput verò plumeo apice cohonestantem) quod is exacto sexcentorum sexaginta Annorum vitæ tractu, ex casia, thurisq; surculis, ac promiscuo odoramentorum genere nidum construit; deniq; super eum vetustate attritos artus componit, & industrio alarum flabello funereos à Sole ignes excitat, ac iisdem emoritur: ex resoluto ejus cinere, ossibus & medullis, nascitur vermiculus, sensim pullus, demum provectior ætas viribus robustiorem, specie formosiorem, pristinumq; reddit Phænicem: unde à Virgilio alitis reparabilis nuncupationem obtinuit. Vividissimum æctipon veteris observantiæ Reparatoris, Ordinis inquàm Disc: SSSm̃æ Trinitatis Reformatoris JOANNIS à Conceptione, Phænix, (seu quoddam naturæ miraculum) nisi quod Restaurator Pientissimus, majori miraculo Phænicis naturam spiritu retexuit: Is namq; vetustissimum primævæ vitæ rigorem à SS. PP. JOANNE & FELICE Ordini Triario illatum, sed labente sæculorum decrepita, sensim enervatũ restinctumq; è nido reinstitutæ & denuò conditæ à se Religionis Reformatæ, (cooperante Solis Trimistici Dei ardore; suarumq; virtutum fragrantiâ) ad novam pristinæ observantiæ vitam; Instituti animam formamq; adeo spectatissimam excitavit: quamobrem Symboli sui expressivum gerit EPIGRAPHE.

Nova
ANNOS CÆPTI, FORMA CORONAT.




*Programma*

V. JOANNES à CONCEPTIONE REFORMATOR.

*Anagramma.*

O? verè cœpti forma, en coronat annos

*Pòéma.*

En JOANNES redivivus adest cum munera CAPTI
O? VERE Phænix ANNOS dum FORMA CORONAT.

ELO-

# ELOGIUM.

Compendium Tuæ Gloriæ audi LUCINA,
& aude;
Æternis fastis Nomen insere
quibus reléges
plùs cunctis decoribus Universi:
*Ambit quippe Orbis Gloriam & abigit,*
*Ingentia Nomina reddit Anonima,*
*momento deperdit*
*quidquid totis à retro sæculis deperérat,*
at in Reformatore JOANNE decus accitum,
nec tempus edax,
nec prærupta sæcula poterunt infringere:
se totam Illi impendit æternitas,
postquàm Trimystica superum decora
Paranympham Protoparentum Gloriam
restituendo instituit.
Illo reanimati vivunt
JOANNES & FELIX:
bis uterq; idem quod secundò Fundator,
plùs uterq; felix,
quod in postero JOANNE
uterq; FELIX & JOANNES.
Revixisse tanto Parente debuerat
Pro-

Proles TRIARIA
ſiquidem
Patrem agit Natorum fæcundiſſimum,
non inani Nomine dives;
quod à Matre fæcunda trahit
dictus
JOANNES à CONCEPTIONE,
Obſecutum JOANNI Cœlum
poſtquàm Parentem dixit & voluit
innumeram Illi Filiorum catervam
cælitus retexuit,
ut nempe
Filios quos gremio non poterat, mente conciperet.
Nupſit Cælo JOANNES
ſimul ac in Ejus thalamum introivit
ampliſſima ſuæ Prolis ſemente pullulavit.
Myſterium fæcunditatis in Reformato Triarij Cætus
Germine ſcrutari quiſquis aves,
revocatam habeto Iſaaci hiſtoriam,
etiam his ſæculis minorennis Jacobus
Primogenituram (extra Originis primordia) virtute adeptus,
ſed quid non prima ubertate pollet!
*cui benedixit Dominus*,
Cœlorum hæc cura eſt
quâ unà cum ſtellis prolem multiplicat
TRINITARIAM,

 ut gra-

ut gratam ſibi ſollicitudinem prodat,
Prolis ſuæ unà ſecum commiſſam Empireo
à JOANNE Diviniſſimo
Spopondit & ſuſcepit tutelam
TRINITAS
Reformato JOANNIS Ordini,
In quo pridem ſuum Titulum condiderat:
eidem meritò demum vetuit
ne ſibi acciret Familiam,
quod nuſquàm intenderet Deus
Ordinem TRINITARIUM
(quem à primis crepundijs ſe Authore formaverat)
etiamdum præpoſterum ſanctis reformandum committere.
Adfuit JOANNI Romæ Inſtitûtum promoventi
Chriſtus ſpecie viſibili,
REFORMATORI REFORMATOR.
Talem accivit Comitem
Quo ſibi nullus ſimilior.
Videri cæteroquin iterum Chriſtus in Orbe voluit,
ut Mundus paradoxum diſcernat
Quis utrorum ſimilior Redemptor foret.
Quot tandem dum ſpectas
LUCINA Lectiſſima
conclude,
Tuam eo ineſſe Gloriam
tanto dignam Patre,
Quem etiam Numen obire contenderat
imó
ac ſimul in partem Parentum venire Deum conſpicis,
Tuæ laudi applaude:
poſtquàm evaſit
GLORIA FILIORUM PATRES EORUM.

# PARS TERTIA.

## HONOR COGNATÆ LUCINÆ

*CELSISSIMORUM ILLUSTRISSIMORUM PERILLUSTrium*
FUNDATORUM & BENEFACTORUM
SUPREMIS NOMINIBUS & FAMILIIS
auctoratus
AMPLISSIMO PATRONATU
propagatus
EFFUSISSIMA MUNIFICENTIA
decoratus
Quorum impensis muneribus devinctissimus Triadiger Ordo, inter vota, quæ spondet, gratijs respondet.

Favete FUNDATORES PRÆSTANTISSIMI
Vestris LUCINA Titulis attollitur,
ne postquàm
Largissimis opibus in conspectum processit Poloniæ
solis tanùtm Gazis se censeat pignoratam.
*Addit auro pretium Generositas*
Quæ dum in Lucinæ effunditur Coloniam
inde Gratiam sortitur Fundata,
unde, traxêre Gloriam FUNDATORES.
Nec illo minuitur Majestas Vestri Nominis,
quòd latè in minimos deflexerat
*Magnæ nisi Indolis hæc Ingenuitas*
*etiam in humilibus majorescere*

 ut

ut ſolet unio
è ſtilla pretium comparare,
aut reflexa Phæbi theophania
majora ab imis ſumere incrementa.
Sed quid non magni minimus etiam pollicetur
Ordo Triarius,
Pro quo ſtant ſuperûm vices:
Fert pro maximo & redonat Deus
quæq; ſui Nomine maximè minimis tribuuntur.
Veſtra decora
poſtquàm in ſuum Honorem trahit
ſupplex Religio,
ſupremis eorundem Nominibus
pro ſe Numen contrahit;
communis namq; Pauperum cum Deo dextera
Affinitatis nexum ingerit,
ſimul ac largientis manu complicatur.
Quid Veſtræ non proſtet Gloriæ!
poſtquàm tot Gloriæ ſuperûm præſtitistis.
Nemo diffidat,
Eos non omnem promeruiſſe Regiam,
Qui ſuperis Colonias erexêre:
aut parum perſpectæ Gloriæ
Quorum molitionibus figit habitaculum Deus,
ſtipendijs

ſuam

ſuam ali Familiam conſtituit.
Communes Vobis cum Deo dexteræ,
cui aliàs Cælum ſedes eſt,
Ei vos in terris ſtationem condidiſtis.
Fortunati Penates
In quibus Deus domeſticus,
Majora confinia attentet nemo
Vobis tam proximè affines ſuperi.
Quanta dilatandæ Præcelſæ Domus ſuæ
Illuſtriq; Nominis ſolertia
cujus in amplitudinem venit Deus,
ut ſuis æq; ac Veſtris in Domibus
*Nomen Domini invocetur.*
Cæcam alij ſortiti Fortunam,
Vos Fortunæ Veſtræ
Divinos oculos præfixiſtis.
Videre nunc primò
etiamdum Deus non derogat
fluxas Fortunæ opes,
quæ cæteris ludi,
Vobis laudis commercium
congeſſêre.
Grande Gloriæ conſilium
juxta Divorum
ſuas concini laudes meruiſtis,

Id eſt nullo parem graphio
Munificentiam:
quæ ſeſe in Deum effundit.
Terminum gratiarum in Deo fixiſtis
FUNDATORES AMPLISSIMI.
Multùm adeo invicem muneris penditur
Quibus Deus ſit debitor.
Stant perenni monimento Baſes
Dei laudibus,
& Veſtris Gratijs conſecratæ.
Ne quidem
In devincto Vobis Ordine
(quod vitandum cenſebat *Pomponius*)
*Gratia poſt munera conſeneſcit*
*nunquàm in gratijs enecanda,*
& quamvis
*Grates perſolvere dignas*
*non eſt opis noſtræ,*
*Dij,(ſi quà pios reſpectant) Numina (ſi quid*
*uſquam juſtitiæ eſt)*
*Præmia digna ferent. Virg 1. Æneid;*

EMI-

EMINENTISSIMUS & REVERENDISSIMUS
DOMINUS, DOMINUS

# JOANNES
# CASIMIRUS
# DONHOFF

S. R. E. CARDINALIS
ABBAS de CLARA TUMBA
*Ord: Disc: SSSmæ TRINITATIS de Redempt: Capt: per POLONIAM & GERMANIAM propagati Author*
& PATRONUS.

Honorum aliàs contemptrix Lucina
abigere non poteris, quod ambire Te cogit
DONHOFFIUS.
HIC ILLE
poſtquàm Tibi cor ſuum mentemq; devovit,
dedit Gloriam;
quæ tota
Toto ſpirabat vixitq; DONHOFFIO.
*Si laudis ſat eſt*
Philippo Patrem fuiſſe Amintham [*Caph:*

Tibi

Tibi potior Ille
Cujus vixisti non sanguine sed animâ,
eâ nempe:
Quam ut Cælo melius præparet
Tuo Cætui inseruit.
Hic ille Pater Tuo in Germine,
Qui & sponsæ Xsti Ecclesiæ
multò plus fæcundior
cum TRIADIS Familiam propagavit.
Postquàm Nominis Honorisq; Majestate,
Inclytum senatum Poloniæ:
Virtutis Pietatisq; præstantiâ,
Cardinem Purpuratæ curulis
occupaverat,
ubiq; par supremis Princeps ac Pater,
reliquum egit
ut Cœlo, Divis, Deoq;
in supremæ TRINITATIS specie
Ordini Parentaret TRINITARIO.
Supernorum Mysthologus Princeps Pientissim⁹
postquàm *Captivavit intellectum*
*in obsequium Fidei*
arcanum TRINITATIS
solvere melius non potuit
quàm Ordine Redemptrici

Quin

Quin imò
meliorem libertatem ratus
quæ tali arcano constringitur.
Ut se arctiùs captivaret Deo
devinctum sibi Triadis Ordinem
& ab Ordine enodandis Captivorum vinculis
annexuit.
Ferreos cum Numine nexus
inire contenderat,
quos bene perspexit
sibi de munere Redemptorum comparari.
Solis aliàs infensus vinculis,
(ab immani Barbarie]
de manibus mancipatis Deum & Patriam
extorquentibus.
Cavit Gentis liberæ fautor & auctor
Princeps Eminentissimus,
ne qua sui parte in Captivis Polonis
Libertas ingenua stringeretur.
*Malè* quippe *Corpus afficitur*
*dum sui membra dolent*;
&
*vis libertatis infringitur*
*cum qua squallet Nobilitas captivata*;
ideo

nervum Illi præstitit DONHOFFIUS
poſtquàm à nervis Barbarorum
effecit diſſolvendam.
Optimè cenſuit
inducere Ordinem Redemptricem Poloniæ
tam proximè ſibi affinem,
ut Patriam libertatem.
*Quot ſi tot à ſæculis*
*Gentes non adeo libertatis conſciæ*
*didicêre *charam paciſci ſoſpitatem,*
*emancipatis ab Ordine Redemptrici captivis*
*Quidni Lechia libertatis amica*
*(parte ſui non exigua) adeo ſervitutem tolleraret,*
*niſi ingenua curaret Religio*
*ut partam cum Liberis Poloniæ*
*LIBERTATEM*
*etiam ab Barbaris extorqueret.*
Argumentum Magni hoc fuerat DONHOFEII,
veriùs à Delphico tripode oraculum
quo dudum in augem proceſſit
Ordo TRIARIUS;
ac ſi
iterum pro eo Angelus de Laterani ara peroraſſet.
Niſi aliquo plus foret
Purpurati Eccleſiæ Principis

*Revocatur apparitio Angeli ſub tempus approbationē*

quam

quàm olim Cælestis Authoritate Ephebi
processisse.
Cessit Illius Majestati Angelus
[ne dicam sanctimoniæ)
Quam in gremio Sponsæ Xsti Ecclesiæ verentur Angeli, siquidem venerantur.
*Namq; cum Nomine Angeli*
*Sancti Præsulis interdum cohæret officium*
*nunquàm Angelis in Titulum venit Episcopus*
*ne præscribant reverentiæ,*
*quam Xto tenentur in specie Vicaria.*
Virtute quâ vixit DONHOFFIUS
vix non Naturam spirabat Angeli,
nisi corpori exspirans teneretur,
præter quod mortale habuit nihil.
Quàmvis mortuus at non integrè,
vivis deposito in urnam Corpore
posthuma sanctitas.
Quam sanctitate sua
BENEDICTUS XIII. percontatus
inter sanctos corpore locandum censuit,
ne cum sanctis divideret consortium exanimis
quod semper vivus amaverat.
Erexêre Romæ sepulchrum Fautori suo
Triarij Patres

*instituti sui petentium à SS. PP. Joanne & Felice Innocentio 3tio Sum. Pont: super aram Lateranensem facta.*

*Apoc: c. 2. v. 1.*

non ſepulchrum:
recumbit in pectore Univerſi Ordinis,
in quo vivus potiorem ſui partem depoſuerat.
Nec quidquàm mors fatale intulit,
nam tanti viri occubitu
vivit & ipſe dolor,
idem ad legendum qui ad lugendũ marmor eſt,
Cor pro monumẽto, dolor pro litera, mors pro inciſo
in fatale coivêre Epitaphium.
D. O. M.
Eminentiſſimus & Reverendiſſimus Dominus
JOANNES CASIMIRUS
DONHOFF
S. R. E. CARDINALIS
Quis quantuſq; ſit
non tumulo metiendus.
Orbem implevit Nomine,
Meritis Eccleſiam.
Purpuram tinxit ſangvine
à fonte Regum Hiſpaniæ promanato,
nec non Potentiſſimorum Poloniæ Principum
PIASTORUM Regia
MICHAELIS I. & JOANNIS III.
alveo Sereniſſimo per Domum Diffuſo DONHOFFIAM
merſit linivitq;.

Caput

Caput avitum,
acſi primam Orbis frontem
ALEXANDRI II. Rom: Pont: Triregio coronavit.
Ut deniq; omne exambiret decus
Rygenſis Archiepiſcopi,
& Georgij Alberti Cracovienſis Epiſcopi nec
non Severiæ Principis,
ac tandem Meinhardi Livonienſis Epiſcopi
Infulis Mitriſq; ſepſit
& vallavit.
Domum Inclytam
Quot viris tot fulcivit Senatoribus,
Quibus poſtremam ſubjecit clavam
ILLUSTRISSIMUS STANISŁAUS DONHOFF
S. R. I. COMES, PALATINUS POŁOCENSIS
Dux Exercituum M. D. L.
ut Nomen & Gloriam Gentis DONHOFFIÆ
ſæculis deductam induceret æternitati.
Attamen
Tantam Honorum farraginem
Faſcibus Ingenuis cinxit,
Coronarum unio, Procerum Caput
PRINCEPS EMINENTISSIMUS,
indignum ratꝰ Majorum eminere Titulis,
Quem à Magnis ad Maxima
Nativa Indoles formaverat.

Nihil

Nihil quidquam in Illo ætas postera desiderare visa,
vix
cuncta quæ desiderare potuit vidit.
Recensuit ad Purpuram natum
congenita Juveni verecundia.
Jam ultro sese
adulto Ascanio offerebat prætexta,
nisi ampliorem se vellet majoribus in lacertis.
Admirati Proceres novo intuitu
Minervam de Capite Patritio
id est DONHOFFIUM processisse.
Ore visus vivas spirare Charites,
& extincti famam Tullij excitare:
JOANNIS III. Poloniarum Regis Orator,
seu novus novi Trajani Plinius æstimatus.
Alterum Roma Livium censuit,
postquàm didicit
Triumphos sub Vienna partos
inter in oris DONHOFFII acumine triũphare.
Ad Gratiam, [quam petebat ore)
cogere videbatur.
Nisi eo pro votis dispar cessisset Oratio
dum alteri petito ostro, ipse potiri jussus.
Postquàm totum impendit Orbis
quo merito præmiavit;

eo tantum erubuit in Purpura quod ſe mortalē vidit,
dignus immortalitate Princeps.
Sicq; rubore muricis
magno NOMINI, HONORI, & GLORIÆ
atteſtato:
Candorem coævum
ANIMI, PIETATIS, & VIRTUTIS
heu? pallidæ morti
conſignavit.
Publico commodo natus
Publico dolori mortuus,
Animam Cœlo intulit.
Corpus ad ædes S. CAROLI.
PP. Ord: SSSm̄æ TRINITATIS
dicti ad 4. fontes Romæ depoſuit:
Locus ipſe ſcænam agit lugentium
inſtar perenni lachrymarum profluvio
inundatus,
ſibi dolorem accivit,
mæſtis Trinitarijs
grates pro Gratijs ſemper memores
nunquàm emortuas

ILLU-

# ILLUSTRISSIMUS
## & EXCELLENTISSIMUS DOMINUS
# JOSEPHUS
# POTOCKI
PALATINUS GENERALIS TERRARUM
KIJOVIÆ
VARSAVIENSIS, LEZANENSIS, SNIATINENSIS &c. &c. CAPITANEUS
Trium Fundationum in Ordine Trinitario
Provinciæ S. JOACHIM
PATRONUS MUNIFICENTISSIMUS.

Quotquot eſtis in Orbe Gratiæ
nihil quidquam univerſo debetis,
quod non & POTOCCIO.
Omnem abſolvit numerum Gratiarum
Ter FUNDATOR AMPLISSIMUS,
ne plures alibi quærerentur:
& quia tres Gratias univerſim recenſuit Antiquitas;
ſingulis erecta Colonia in Ordine Triario
condidit ſtationem.
Hinc, inde conijcere licet

quan-

quandam Dom⁹ Illmæ cum Orbe conniventiā
aut enim
Illius Gratijs totam Orbis impendit coloniam
aut omnium Gratiarum colonum constituit.
Nec quid unquam solidius reperere Charites?
*innixæ aliorum Fortunæ*
*quandoq; sub rota volubili ruunt*
opibus POTOCCII
Fundatam Divina basi stationem sortitæ.
Hic est ille *triplex funiculus*
qui *rumpitur difficilè*, imò nunquàm; *Eccl: 4. v. 12.*
Ter suis Gratijs Numen Triunum constringens:
Utq; fortiùs connexo extra fabulam flexu cernerentur triplicatæ Eurynomes.
implexæ Ordini Redemptrici
Æq; Gratijs POTOCCII ac vinctorum nexib⁹
obligato.
Trinæ hæc impensæ quid non perfecti pollicitæ?
in quorum munere Trinitas numeratur
& numero muneratur.
*Profanæ olim Gratiæ*
*nunc aris superum veniunt consecratæ*
Tantùm hæc tributaria Numen appretiat
ut ijs sua quiverit trophæa dilatari,
Crucem nempe Trisymbolam
Tot fulgere Gratijs POTOCCII constituit quot suis
I deco-

decoribus.
Ne quiſquam exiſtimet
dari quandoq; Crucem ſine gratia
equidem Cruce ſua
poſtquàm Salvator Orbi impendit Gratiam,
Cruce POTOCCII triplicari decreverat.
Et videre cæteroquin dedit
plures præſtandæ Gratiæ deberi Cruces
poſtquàm ſat fuerat una, debito exſolvendo.
Tantum Divinitatis trophæum
ac ſimul inter Tuos theſauros reconditum
SENATOR ILLUSTRISSIME
Cœlitus obſignata crede beneficia.
Arcanum ſoli Deo notum eſt
quodcunq; Crucis Teſſera præfigitur:
Quod ſi eo pegmate quidpiam ſæculis legendū venit
id eſt PILAVA ILLUSTRISSIMA.
Perſpectum eſt
Eodem labaro fulciri Domum POTOCCIAM,
quo fultum & Orbem.
Imò id in Gloriam cædit Gentis POTOCCIÆ
quod in Cælorum molimina reparata.
ſtat pro hoc Domeſtica virtus,
quæ æternæ Gloriæ ſacramento obſigantur.
CÆLO & ORBI FÆDERATA.

Nec

Nec in dubium venit
quod ei ter Cruce benedixit Deus.
Teſtis eſt Polonia
dum ſemper in POTOCCIIS Crucis majeſtatem
adorat:
nec unquam legere deſinit
Inquilinæ Curulis in Cruce Titulum
pro FIDE LEGE & REGE
quo, (velut perenni ſintagmate) inſignivit.
Continuos SENATORES.
Extra paginam eſto
Huc Majorum Illuſtres apellere Quirites,
Originem nactos cum Lechia:
Sicq; in ſplendore Gloriæ adducatos
ut periculum pupillæ foret percontantis Polonia
Niſi ſupremis ſyderibus aſſvetam fovere Aquilam,
videre eſt
tantùm ad præſens Gentem POTOCCIAM ſolio diſſitam
quantùm à ſole abeſt radius
aut gemma conhilio.
CELSISSIMUS THEODORUS POTOCKI
PRIMAS PRINCEPSQUE REGNI
ARCHIPRESUL GNESNENSIS
uti omnem Lechiæ exhauſit curulem
Sic laudis audaciam.
Mirum non eſt, ne quidquam de ſe dici poſſe,

cum nec possit pl⁹ pro meritis offerre Polonia
nisi Romam apellat:
sed standum est
Semper ultra præmia in meritis virtute prominētib9
Magnos cæterorum titulos
à longè adorat supplex pagina
ne Majestate Gētis POTOCCIÆ opprimatur.
Solus Tu sufficis
SENATORUM ILLUSTRISSIME
sub cujus ingentibus factis,
fasces & fasti succumbant.
Quisquis Te Honor adoritur,
adorat.
Semperq; minimus ille foret,
nisi Te solo majoresceret.
Concrevit Maximis animus,
& omnibus Titulis JOSEPHUM annominat,
Nova quadam virtutis Metamorphosi
accrescit semper, quod semper summum est.
Nulla ætas Te tenerum vidit,
nam eum cum primis crepusculis
Heroô animo maturuit.
Simul Palladem cum Bellona adamasti.
Juventus illa virtutis studiosissima
vix non simul ferrum aptavit & calamum
quo

quo (illata calamitate) rebellē Ukrainā adaptaret
Optimum ſanè
eo in Capite inciſum fuerat:
fuſo namq; malefido ſanguine
ſe dehinc ſubſcripſit Poloniæ fideliſſimam.
Ille Tibi cruor tinxit Purpuram,
quam, ſtrenua manu adaptaſti:
Et meritis præmia cohæſerunt,
nunquàm pulchriùs Heroum muricem texētia,
quàm Bellico ariete.
Per cæſa hoſtium colla
ad Senatûs Capitolium proceſſiſti.
Pridemq; proſtrata Rebelliū caterva indicavit,
quantum in ſenatu ſteteris adorandus.
Sic Purpuram induiſti ne Loricam exueres:
Jamdudum grandeſcunt Tryumphi,
quod partum in acie decus
non Heroô ſolùm debeant Honori,
ſed [inter præcelſa Poloniæ Numina]
etiam SENATORI.
Verbo
ſi Sarmatæ Gentis Senator
Hercules fieret,
non aliter triumpharet.
Potior Mars Poloniæ in Tuum defluxit animum:
ſub-

ſubſiſtit Tuis opibus
Cui quot Arces & mænia conſtruxiſti,
tot pluſquàm decennio Ilia oppugnanda.
Sed majus eſt pectoris præſidium
unde Majeſtatem Senatus, arma robur,
tota demum Polonia ſortitur Gloriam.
Sat uno Te abundat Patria,
Quo, ſua fusè decora exteris emanaret,
ſi in viris ſterileſceret.
Palmam Tibi Hectoris vicina Regna tribuunt.
Gallia coronam texuit
cujus Liliis
Victorioſũ in Conſorte LESZCZYNIA Caput
adaptaſti:
Nunquàm ab hac divellendus corona,
Niſi altiori Cœlorum cydari
Frontem hanc æternum vinciendam ſuperi eri perẽt.
ſed Fatum, fato eluſit
Lethi, lætorum Deus arbiter,
ne in Te uno mærorem publicum protẽderet,
còéunte in ſerenum lucis publicæ Hymeneo
diem poſt nubila vertit,
poſtquàm in fædus defunctæ VICTORIÆ ſubſtituit
LUDOVICAM de MNISZKOVIIS
Conſortem Secundiſſimam
Ingens

Ingens mæstissimi Cordis Tui solatium:
Quæ læto fænore funera reparavit.
Cavit deniq;
ne in Viro meriti immortalis
Mors quidpiam immitius protenderet.
Nupsit Honor publicus Famæ
nunquàm melius in utrumq; cohærente nexu
quam talibus sponsalijs.
Mutuò cohæsêre
Inclytæ Cruci MNISZKOWIÆ pennæ
ut tantis feratur Alis Labarum
quo æternitas stationem desigit.
Vota etiam superat
faustitatis suæ indicum Connubium,
quæ
nec plus ultra fæcundam Crucem precari possunt
nec scribere,
plusquàm immortalis Gloriæ Periphrasi
incumbunt calami MNISZKOWII.
Sed quantùm Grati animi vices exigunt
precari non desinet supplex Religio
ter in Cruce jurata,
ut inter promiscuam bonorum seriem
Accipiat Patris exemplum, tribuatq; Nepoti
Filius, & ceptis non desit fascibus Heres.
Decurrat trabeata Domus, tradatq; secures
Mutua Posteritas, servatoq; Ordine fati
Millia continuo numerentur Consule Proles.

*Stemma Illmæ Mnisßkoviæ Pennæ stationum.*

*Claud de Colon: Ma..*

ILLUSTRISSIMÆ & AMPLISSIMÆ
DOMUI WIELHORSCIÆ
*Collegij Leopolienſis intra mænia*
*Ord: SSSmæ Trinitatis*
FUNDATRICI & PATRONÆ
MUNIFICENTISSIMÆ.

Primam debes vicem illius impenſæ Lucina
Gratiſſima
unde primam fæcunditatis opem accumulas.
*Eo tractu gratitudo redire conſvevit,*
*quo Gratiæ prodeunt.*
*Et inſtar fluminis in maris alveum relabi*
*â quo promanant.*
Quod ſi quæq; ſuis inſiſtunt principiis
ſuo deducta origine Lucina,
tantùm ab ILLUSTRISSIMÆ Domus WIEL-
HORSCIÆ ampliſſimo molimine diſtas,
quantùm gemma ab annulo.
Altricem Te illi Penates faciunt
quarum opibus Filios ablactare conſveviſti.
Nidus Tuus
Fundatio Collegij Leoburgici
Spinas primævæ aſperitatis emollivit
poſt-

poſtquàm Liliis perplexit Wielhorſciis
Jamq; fæcundius pullulavit candidus Ordo
ac primùm ſibi ſymbolo flori
cohæruit.
Equidem bonum aggerem petijſti
Toto aliàs ſolo nunquàm fores
fertilior.
Sola Wielchorſciorum planta
nihilo maledictionis ferreæ expers
pro ſpinis & tribulis
Lilia conſvevit germinare.
Imò quidpiam frugalitatis
terræ ejuſmodi
Cœlum extitit per cupidum,
dum facundo Liliorum hoc ſemine
ſuum gradire germen conſtituit.
Jam tandem fabuloſum deſere Elyſium
Cui hactenus pro Dianæ munere præfuiſti.
Fortunatiorem campum aperuit
Liliorum planta.
Qua remigantis candidatorum anime
Caſſo Letheo flumine
ad lætos agni fontes aquarum
gradiuntur.
Hic ſuum Beatæ ſtirpis Anchiſen

Si quis Æneas percontari avet
Aureum de Nemore Latoniæ ramum
non mendicet.
Ditiorem fruticem Amplissimus
KIERDEIA substituit
Quo non Erebi sed Cæli numina fæderantur.
Quippe summum Divinitatis illicium
Hæc Lilia Florentissima
nam eo maximè allicitur Deus
quo alitur.
Etenim virento KIERDEII
adeo illectus dum [dilectus]
qui pascitur inter lilia
DEUS.
Nunc tandem etiam suam alere dignatus
Familiam.
Tanta in hoc Liliorum pesto opulentia?
Quæ large in Deum etiam exuberat,
quamvis sat esset tantæ stirpi
Cælo efflorescere.
Attamen
Ut totum quod sub Cælo est
WIELHORSCIORUM amplissima Domus
cumularet
Etiam Orbi Polono apprimè enituit.
Quod

Quot viros ſua Gente eduxit
tot Lilia;
Id eſt ſupræmi muricis Candidatos,
Optimè ingenuo Nobilitatis candore
Inveſtitos.
Quorum præclara merita
Nunquam Purpuram queant erubeſcere.
Excelſæ pro meritis trabeæ
quot quot adoriuntur Wielhorſcios
Adorant.
juſteq; Honores Honori ſua gratulari amant
quod ſub florem veniunt
tanti Nominis.
Videre primò cenſuit Ruſſiæ Metropolia
ſuis in Provincijs
Novo interpolari colore Lilia
dum nunquàm deſijt
Purpuratos intueri Wielhorſcios
Ijſq; primæ ſortis ſubſelium
hæreditarium auſpicatur
poſtquàm à primo Kieyſtucz Wielhorſki
Caſtellano Leopolienſi
demum Palatino Podoliæ
per continuam Honorum ſeriem
in Caſtellanis

Bełzenſi Chełmenſi
bis Wołhynienſibus, ter Kijowienſibus
Cæteris
omnibus in omni Honorum apice
Regni primoribus
Illuſtres meritorum in præmijs ſplendores
veneratur.
Jamq; ipſa Purpura nativum ruborem
avito Liliorum candore transformaret
niſi Martio Heroum ſangvine tingeretur.
Egit tamen
Ingens adeo vis magni Generis
Qua, paranymphum Candorem Purpura
reveſtijt
ut alterutra ex altero ſpiret curules
armis & aris
Avito nitore ornatiſſima
poſtquàm in lilium liliorum deflexit
ex Wielchorſcijs
Religioſiſſimum in Xſto Patrem
Antonium à S. Joanne Baptiſta
Orthodoxi cætus Triarij in Regno
Poloniæ
primorum primi
Collegij Leopolienſis

Ter Miniſtri & Conditoris
ſuiq́ꝫ Ordinis Provinciæ
Authoritate, ſcientiâ, & Sanctimoniâ
Propagatoris
Qui præneſtino ſuæ mortis telo
Pectus ferijt chari Ordinis
ubi totus ſpiraverat,
& cor evelleret
niſi potiorem ſui partem
vivo ſuæ virtutis in ſangvine
reliquiſſet.
Religioſiſſimo in Xſto Patre
Joſepho à Jeſu,
Hic totus ſuo Patruo ſpirat,
ut fatorum errorem emendaret
ne adeo crudeliter graſſarentur
dum morte virum eriperent
dignum immortalitate.
Adeo hac Domo exuberat
Fundatricis beneficium
Quæ uſq; vivis lapidibus inſtruxit molē Ordini.
Nunquàm undata ara Deo charior
cum qua dum in victimā veniunt Fundatores.
Tantæ in cumulo beneficiorum vices
quandoquidem ipſis gratijs grates condidere
Fun-

Fundatores Wielhorſcij
Etenim impenſis devincta Religio
poſtquàm jurato fædere complectitur
Wielhorſcios
nihilo plus (in gratitudinē laxa) pendere poteſt,
ſe ipſis;
quibus nihil plus poterat recipere.
Igitur collige animum
officioſa Lucina
Integrum obſtructæ vicis cumulum
ſolve
Inclytæ virtutis Zenobiæ
Iluſtriſſimæ ex Potoccijs Joannæ Wielhorſciæ
Wołhyniæ Caſtellanæ
ut in Phrygia ſale Deorum ſenatum adorando,
gratiarum recondas penſum
Quem longo tractu debes
Wielhorſciis
Hic AMPLISSIMA UTRIUSQ; NOMINIS decora
Collegêre Domus
HIC NATURA
PIETATIS, GRAVITATIS, PRUDENTIA,
ornamenta
velut in virtutum officina recondiit
deniq;

Hic

Hic GRATIA
CHARITATIS, BENEVOLENTIÆ, BENEFICENTIÆ.
Collegit Theſauros:
Per quàm acſi in exhauſto ærario
Ampla liberalitatis prodeunt,
ſi in quo hominum
Providam manum collocavit Deus!
Prima foret Wielchorſcia;
niſi in ſuperos etiam effuſiſſima.
ſpectaretur.
Spinoſo alii tramite adeunt Cælum
hæc aureo:
Nec vile remunerationis ſubſelium
præſtolatur
apud quam ſua in terris Deus
reperiit decora
*Si magnis minima redonant ſuperi*
*Speret maxima qui majora impendit.*

ILLUSTRISSIMUS
& Excellentiſſimus Dominus
JOANNES
CASIMIRUS
SAPIEHA
Comes in Bychow, Zaſławie & Dąmbrowna
PALATINUS WILNENSIS
Supremus Dux Exercituum M. D. L.
CAPITANEUS
Volpenſis, Boryſovienſis, Onixtanenſis &c.
Ordinis SSSmæ Trinitatis
Collegii Antecollenſis
FUNDATOR.

Sat in gratiam abire fuerat
Tanti Comitis
quid dum innumera,
*Potior beneficiorum pars eſt*
*quibus in locum theſauri venit*
*Cor Principis*
Attamen

FUN-

FUNDATORIS ILLUSTRISSIMI
JOANNIS CASIMIRI SAPIEHA
Ne vilis quæq; foret gratia
& Cor ſine pretio
aureum exhibuit,
quoties Gratiam muneribus decoravit.
Imò utrumq; de ſe invicem pullulare ſivit,
dum ex dante; munus pretium hauſerat
& dantem munera pretiabant.
Nefas erat
Quodpiam ab Eo prodire beneficium
quod non Principi conveniret;
ALEXANDRI more
non quod recipientem, ſed offerentē decebat
percontatus;
Plus Nili áb Eo oſtiis effluxêre munera,
Hydaſpen quiſpiam crederet
Principis ærarium,
Niſi quod fluxas ille, Hic fixas haberet opes,
unde ſemper haurire liceret egentibus.
Omnem Scipionis Gloriam extorſit
SENATOR BENEFICUS;
etiam illi
Nunquam in forum prodire
uſu venerat,

ni quem ſibi gratum efficeret.
(Quod ſummum eſt.)
Raro ſuæ opis exemplo videre dedit:
Alia quippe Munificentia officioſa Hominib⁹,
Hæc etiam Deo
Quaſi minus tribueret,
niſi Deum haberet tributarium:
ultra quem
Nec egentis manus, nec datis gratia extenditur.
At non ſine lucro ceſſère beneficia;
ut Inter ſuos theſauros
mundi pretium reconderet,
Thæandrico Numini fixit coloniam.
Fundata Antecollenſis ara
Jam dudum altiùs Babelo erigitur
dum cæli occupat poſſeſſorem.
Tantum hanc baſim
ſuæ polliceri Theogoniæ experitur
Natus myſtico origine Deus,
Qui olim antecolles partum prævenerat,
nunc continuat Antecolli.
Excelſum ſanè culmen hoc
SAPIEHANÆ munificentiæ,
cui domeſticus præfigitur Deus:
Nam infima ſors cenſeri nequit,
Quæ

Quæ ante collem Numini appropiat
Adeo magno floruit germine collis
quem SAPIEHANA fortuna ſeminavit,
ut floreum Xtum ederet.
Quid enim Nazarenus! niſi floridus.
Jam ſuæ gratulari fortunæ Janus deſinat,
Qui Saturni hoſpitatu
Meſſem auream oppetijt;
Sapiehano fundo Divinum ſemen pullulavit,
Flos Nazareticus JESUS.
Id ſuæ gloriæ faſciare non deſinit
FUNDATOR ILLUSTRISSIMUS,
Quod juxta NAZARENI JESU Gratias
Suarum etiam gratiarum recipit incrementa.
Par quidpiam cælo
Erecta ſibi Baſi Deus reputat,
dum uſq; adeo impenſas, miraculis remunerat.
Aut certè,
Sapiehanæ hic agit Fortunæ
fidum Theſaurarium
ſiquidem continuis munera gratiis elargitur.
Devinctum adeo Xſtum Sapiehanis opibus
quis ambigat!
Qui ſtrictum in ara intuetur.
Apprimè eo Magnanimi Ducis

 Inno-

innotefcunt vires,
Quæ inter fua fpolia captivum numerat Deum.
Svavem tamen violentiam Cælum patitur,
ea virtute Captivo Numine,
Amat enim toties rapi Xtus
quoties amatur.
Et verò
Illuftriffimi SAPIEHA magnis illicijs,
Cur non teneri cogeretur Xftus!
In quem fortiffimo cum armis,
amore ferebatur.
Totum obfuit, quo victorem effugeret
cujus inclytis armis
etiam Crucis trophæum, fibi didicit afportari.
Telum fagittæ fuerat
Manu FUNDATORIS AMPLISSIMI
emiffa in fuperos Munificentia,
& cor ufq; Dei ferijt:
*Nam fortiùs ea manu impetitur Deus,*
*quæ Illius nomine munera impertitur.*
Itaq; tota fui deditione
in prædam Numen abijt,
poftquàm æterno pacti fædere
Cælum fubdidit.
Tantum pignus fibi dari meruerat,
Qui

Qui tot virtutibus
didicit in terris Deum oppetere
Sed heu! in eluctabile Fatum,
ſub uno mortis jugulo
ROBUR DUCIS MAGNANIMI.,
SENATORIS HONOR,
FUNDATORIS MUNIFICENTIA,
expiravit.
Si tamen doleri debet,
Qui virtute ingenua ne quidem fato ceſſit.
Eripi totus non potuit,
Nam magno ſui NOMINE
POSTERITATI,
Præcelſa benemeritorum FAMA
VETUSTATI,
Virtutis & Pietatis GRATIA
ÆTERNITATI
Vivit.
Poſthumam reliquit
Fundatoriæ opis memoriam,
In perennaturo Triario ordine
ILLUSTRISSIMO SAPIEHANO NOMINI
votis & vocibus
Devinctiſſimam.

ILLUSTRISSIMUS & EXCELLENTISSIM9
DOMINUS
DOMINUS CONSTANTINUS
CASIMIRUS
BRZOSTOWSKI
EPISCOPUS VILNENSIS
ABBAS CLARÆ TUMBÆ
CONVENTUS TRINITO POLIENSIS FUNDATOR
& PATRONUS MUNIFICENTISSIMUS

Duplicatam exigit gratitudinem
FUNDATOR BRZOSTOVIUS
quo duplicante cum Gratijs, Honorem
in partes Honoratæ Gratiæ venit,
Lucina devinctissima
Uno elogio compellari nequit,
Cujus singula facta, singula Elogia
demeruerant.
Magnis oberatus meritis
PRÆSUL ILLUSTRISSIMUS
DOMUI, PATRIÆ, ECCLESIÆ,
semper, nunquàm semel
Vidit Roma Theologum,
& par Caput Capitolio arbitrata:
Ardu-

Arduam de ſe quæſtionem Curulibus movit,
quibus tanta merita deberent præmiari
Cardinem Illi ſors Honorum ſubmitteret,
niſi fulcro ſuæ Patriæ
Gravandos Togâ humeros ſubduceret.
Et certè bonam ſuæ Gentis egit dexteram
quâ uſq; Solia Regum contingebat.
Binam electionem Principũ ſubſcripſit Poloniæ
tanta Gloria?
dum bis Coronam egitCoronarum.
Dedit pro meritis Patria
Smolenſcenſem Tiaram BRZOSTOVIO,
ſed ut majora merita capeſſeret â Præſule
nec ſpes certos fefellit eventus
quos denuò in Infula Vilnenſis ſolij
adorarunt.
Quamvis magna ſemper munera
in Patriam profunderat, PSÆSUL Illuſtriſſimus
profana tamen credidit,
niſi ſacris etiam beneficijs partiretur.
Bis ſacer Pontifex,
Deo, & Patriæ.
Eadem manu, quâ ſuperis promanabat oblatio
ne quando vilis foret,
auro pretiare ſolitus.

ntq;

utq; plenè Deum contingeret,
Trinitati extitit devotiſſimus.
Bono Ordine Illius appenſus Myſterio,
dum in hecatomben Arcani Diviniſſimi
Ordinem Trinitarium
ſacris dotibus cumulavit.
Erectam ſuis opibus aram
Trinitopolim nuncupavit;
quaſi Nomen in terris excitaret Trinitatis.
Abelis hoc fere fuerat ſacrificium
apprimè Deo acceptiſſimum.
quod per flammam ſurſum conſcendere
deſignaverat.
Vel, ut ardorem FUNDATORIS per ignem
conſumentem indicaret.
At quia non ſola Præſulem holocauſta
concernebant;
Ut perennem oblationem faceret
alteram è cineribus Triadi Baſim
excitavit.
Emendavit loci errorem
verus Myſta BRZOSTOVIUS
[quamvis in ruderibus] ſimulacro tumentem
utq; idolum Veſtæ profundiùs humaretur,
vectibus ſacratæ ædis tumulavit.
Opti-

Optimè profanos Veſtalium focos
haud in pulvere latitantes ſuffocavit,
dum ignes extinxit ignibus.
Ne malè olerent Thura
quæ Iliaceæ manus adolebant,
Præſuleis virtutum fragrantijs conflagravit.
Unicum hoc moris Veſtalium reliquit,
quod in extinctum & ipſe foverat ignem,
ut ſemper vero Numini eſtuaret.
Sed Heu! inter ardores Divinos
extinxit vitam.
Splendidam niſi magni Nominis
reliquit FAMAM.
Quam, nec Publicæ omnes lachrymæ,
queunt offundere.
Dolet SENATUS CONSULEM,
PASTOREM ECCLESIA,
LIVONIA APOSTOLUM.
Quorum reſpiria
In pectus chari Ordinis coivêre,
ut eo æternùm vivat ſpiritu,
qui abeuntem è vivis PRÆSULEM,
Inter ſuperas cælorum aras
nunquàm inveſtigare deſinit.

# ILLUSTRISSIMÆ & AMPLISSIMÆ DOMUI KARCZEWSCIANÆ COLLEGIJ BERESTECENSIS FUNDATRICI & PATRONÆ MUNIFICENTISSIMÆ.

Huc velim mille voluminum Ariſtarchum
ut ſuas inibi laudes
eadem clavis obſeraret,
ſub quam,
Ingentia Poloniæ decora,
Grandia Fortitudinis monimenta,
Inſignes Præmiorum Curules,
coivêre.
MAGNI NOMINIS DOMUS EST,
Theſaurus Poloniæ;
Pretia huc Patriæ confluxêre,
quæ in præmium ceſſerant
KARCZEWSCIIS.
Illorum clavis aurea,
nil unquàm vile præoccupat.
Cor niſi Regum & Regni præcludere ſolita,
Ne

Ne plùs cui aletri, eorum pretia patefcerent.
Fidiſſimos Patriæ JASIENICCIOS
Arbiter BATHOREUS percontatus,
In nobilitatis inſigne clavi traditâ
æternos Regni voluit Theſaurarios,
Nec erravit;
Optimè norunt quæq; pretia recondere
KARCZEWSCII.
Quorum ſinguli in Theſaurum veniunt
Poloni ærarij.
CONSULIBUS HEROIBUSq; Fortunatiſſimis,
Chalybe & auro præſtantiſſimis,
Aris, & armis ſplendidiſſimis,
Amplo ſui Nomine effuſis, Lechia vix ſufficeret
KARCZEWSCIIS.
Niſi ſub avitam abirent clavim reconditi.
Sola ſibi par Domus,
ideſt ſuorum ſimul & Patriæ decorum
Theſauraria.
Sat eſt obſignandis Poloniæ pretijs
CLAVIS KARCZEWSCIA,
at non ſolis.
Ut Fixam ſemper Fortunam recondat,
æternis muneribus adaptatur.
Huc

 Cœ-

Cæleſtes etiam Theſauri confluunt:
Quæ D. T. O. fenerantur.
Plùs conferre huic ſignaturæ nequibat Empireus
inter optima Fundatorum munera,
Numero TRINITATIS commigrante,
Sub hujus clavi Illuſtriſſima.
Grande ſuperi æſtimarunt ærarium,
In quo arcanum Trinitatis abſconditur.
Inſcrutabilis Illius Myſterij ſecretum
Miretur nemo,
KARCZEWSCIANO Triclinio
amant hæc pretioſa latere.
Theſaurus KARCZEWSCIANÆ Clavis
Fundata TRINITATIS ara
& aræ KARCZEWSCII:
Quàmvis ampliſſimis impenſis obſecuti Deo,
minimum tribueret,
niſi ſoli in pretia venirent TRINITATIS.
Optimus clavium Theſaurus
Ex KARCZEWSCIIS.
EMERITISSIMUS & RELIGIOSISSIMUS
JOANNES à S. JOSEPHO,
ORDINIS Smæ TRINITATIS
Plurìes diverſorum Cænobiorum Præſes & Miniſter.
Generalis Commiſſarius & Provincialis.
Hodie

Hodie ſuæ Provinciæ Diffinitor primus,
omnibus demùm Titulis clarus.
Qui in demerito ſibi Ordine,
ut omnes præmiorum exhauſit vices,
ſic gratias.
Crevit cum Fundatore Pientiſſimo
Bereſtecenſis Fundatio,
& Cœlum uſq; ſua mole attingeret,
ſi ad normam virtutis Fundatoriæ
figeretur.
Sed parcere jubet pagina laudis materiæ
ne modeſtiam læderet, quâ opprimitur.
Unicè
dicendum argumento inſerit;
Habere in Illo id pretij
Obſtricta gratijs Religio,
Quo ampliſſimã KARCZEWSCIORUM impensã
(ſua niſi ſibi Nominis Granditate parem)
recompenſet.



PER-

PERILLUSTRIS MAGNIFICUS
ac
GENEROSUS DOMINUS
DOMINUS
PAULUS
# NITOSTAWSKI

S. R. M COLONELLUS
Fundator Templi Ord. SSSmæ Trinitatis
In CIVITATE STANISŁAWOVIENSI
Adhortor vos vices Gratitudinis
ut ultra Fundatoris Nomen efferamini
ne PAULO quid paulùm rependatis.
Nil Pauli Illius præſetulêre beneficia,
præterquàm Nomen.
Imò ne Paulus etiam in vocabulo cenſeretur,
*fecit ſibi Nomen grande*
Magnis adeò MERITIS & VIRTUTIBUS.
Et quàmvis Nomen coluerat
ſed adjūcta cum Pareneſi:
in tantum Paulus dictus ut Magnus eſſet.
Armis & Conſilio potens,
Grande quidpiam ingerebat.
In aciem prodire Paulum vidit nemo,
Niſi

nisi major rediret.
Quotiès in hostem irruit, paululum fecit,
ut suo Nomini victimaret.
Per celsa rebellium Cosacorum colla
in apricum Fortunæ processit.
Tunc adeò suæ Fortunæ gratulavêre opes,
quod sub Hectoris venirent excubias.
Ut optimè usus Marte, sic Fortunâ
quàmvis sæpe *vis auri infringit animum*
*& quos facit Dominos, facessit Dominio.*
Attamen Generosa NITOSTAWSCII industria
eò successit,
ut HONORI, & VIRTUTI, cederet in obsequium.
Amant alij in Fortuna Nomen colere,
at FUNDATOR NITOSTAWSCIUS
Numini Fortunam excoluit.
Ut meliùs locaret,
in Ara fecit ærarium:
Gazam an virtutem Illius æstimare necessum?
lis est Encomij:
utrumq; de alterutro pollet,
Cujus ex aureo Munere
virtus effulsit Pietatis.
Triuni Deo erecta Colonia,
postquàm perfectum quispiam numerum
Ab-

Abſolvi cenſuerit,
Emulam Pauli virtutem ſpeculetur:
niſi quod ille ter in Cœlum,
Hic ter in Deum efferetur.
Imò plus adeò præſtitit cœlum NITOSTAWSCIO
dum non Cælitibus Paulum, ſed Paulo Cœlites
adoptaverat.
Ut ter felicem miſſionem ſortiretur,
FELICEM Triarium recepit hoſpitio.
Felix langvor fuerát, quem FELIX ſanavit.
Felicior vita quam reanimavit.
Sed carò medelam ſolvere debuerat,
à Sanante langvorem FELICE,
Juſſus Baſim erigere Trinitati.
Pretioſam adeo vitam quis ambigat
FUNDATORIS NITOSTAWSCII?
quam tanto ſibi pretio à FELICE
coemerat.
Multum etiam Superis interfuit ſalus
FUNDATORIS AMPLISSIMI,
cujus vigilem curam habuerat.
Itaq;
Quia plùs cœlo quam orbi
vitam debuit,
cum virtutum fanore reſtituit.
Solers

Solers Indigentis ſui Emulus
quem vigilem virtutis Paulinæ
mors etiam fecit.
Adveniente Illius Metamorphoſis feſto
quo Converſum colit Eccleſia Paulum,
Ille
dum mortem Animæ,
hic corporis deſeruit.
Anno 1727.
Vivit tamen potior in Filio.
PERILLUSTRI
FRANCISCO NITOSTAWSKI
JUDICE GRABOVICENSI
SIELICENSI CAPITANEO.
Cui
In Magno Nomine
Poſthumam Gloriam,
per Honorũ auxeſim ad immortales reliquit inducias,
Gratis Trinitarijs
Obſequiorum Memnoſynon,
Qui pro beneficiorum vice
MAGNO SUPERSTITI æviternas,
Defuncto æternas,
cum proſpero ſucceſſu ætates vovet,
& præcatur.

PERILLUSTRIS MAGNIFICUS
ac
GENEROSUS DOMINUS
DOMINUS
# NICOLAUS
# STRZAŁKOWSKI
SUBDAPIFER ZYDACZOVIENSIS
Conventûs Leopolienſis
Titulo SANCTI NICOLAI
FUNDATOR MUNIFICUS

*Stemma Fundatoris Strżalkowſcij Oſtoia; id eſt duæ Lunæ averſæ, quarum medium ſecat gladius.*

Serena STRZAŁKOWSCIORUM incunabula
quis quis probè luſtraverit,
arcanum Cognationis Lucinæ
ex inclyta FUNDATORIS Nobilitate
percontabitur;
Noctifidi ſyderis Heres eſt;
ſed in *ſigna Diei* abeuntis:
Nam binis in tranſverſum formatis
Avitæ Lunæ ſplendoribus,
adaucto Lucinæ aſtro
in illud denuo vergit ſerenum,
quod ſoles dicere Plinius amaverat. *Lib: 2. c. 22.*

Jura-

Jurata LUCINÆ SOBOLES
Magno demum cum Oſtoiæ Proceribus
cohæret nexu:
nam quod STRZAŁKOWSCIIS
in Patriam fidelitatis ſymbolum fuerat,
hoc ſibi de Cætu Triario
ad prodroma æterni fæderis
nanciſcitur.
Itaq; in Connive Generis STRZAŁKOWSCII
profuſa Religio,
Multùm etiam Nobilitati debet;
quam cum Fortuna adipiſcitur.
Ac ſi plus ultra iſthic dotis colligeret,
dum (præter optima amoris pignora)
etiam Generis Gloriam demeretur.
Tantum FUNDATOR hic præſtantiſſimus
impendit charo Ordini,
ut Semet potiori Gratiæ apponeret.
Probè totus aureus
Qui ſemper cum munere dato, munus fuerat.
Adeò
Liberalitatis congiaria cum corde collata,
In præcipuo theſauro reponit Religio.
Patris eſſe dotem æſtimat,
Fundatam ſuo Cætui coloniam.

*Vide Okol: de Oſtoiæ Origine.*

N2 qua

qua continuam Filiorum Auxeſim
accumulat.
Quid in Patrios lares nuncupet,
per quos Mater Religio natorum
fovet Sobolem.
Excelſum ſanè opus eſt,
Unde Triadis Familia prodiit.
Eoq; plus in FUNDATORIS venit Gloriam,
Qui ſuæ Fortunæ gremio
DIVINISSIMÆ TRINITATIS PROLEM
& alit & generat.
Adeò ſui Nominis ſtudioſus
STRZAŁKOWSCIUS,
ut perennem Nicolai memoriam ſæculis relinqueret,
in ſui Indigetis fixit Icone.
Imaginem FUNDATORIS agit
NICOLAUS DIVINISSIMUS;
Cujus olim FUNDATOR ſpecimen fuerat.
Etiam ille ter dote munificus
Niſi quam ſanctus opem fuderat in Homines;
Hic in Deum.
Attamen benè utriuſq; adinvicem coaleſcit
ut NOMEN, ſic GRATIA:
uterq; idem, per quod aureus.
Reliquit in ara Nicolai Theſaurum,
poſt-

postquàm potiorē cœlo reddidit
id est animam.
Anno 1695.
Nec ibi aureus desinit esse,
Qui pro sui Corona & præmio,
Maxima Fundatoria manu pretia
obtulit TRINITATI.



PER-

PERILLUSTRIS MAGNIFICUS
&
GENEROSUS DOMINUS
DOMINUS
# PAULUS
# MAYKOWSKI
Theſaurarius Bracłavienſis
Luceorienſis Collegij
FUNDATOR Munificentiſſimus

Novum hic adeò Gratitudinis genus
ſicut & Gratiæ FUNDATORIS,
Fugientem ſuas laudes MAYKOUSCIUM
proſequi veretur pagina:
& potior pars laudis eſt,
cui etiam ſilentia veniunt in elogium.
Silere ſua facta amat
FUNDATOR ampliſſimus,
Qui hoc niſi dignum ſilentio agit,
quod velit ſilentia.
Id circo tacitum ſit Elogium
nam dicendo Maximo de MAYKOWSCIO
ſileret multum.

ſed

ſed ſaltim ſilentij crimen liceat excuſare;
etenim ſingulas vices ſingulis factis opprimit
MAYKOWSCIUS.
Quoties in aciem prodijt Heros,
toties ſe dicenda ſtrenuiſſimum
[præciſa hoſtium cervice] obſtruxit la bia.
Quoties in Conſiliis Reipublicæ Conſus,
tot oraculis ſtuporem conciliat.
Magnæ demum liberalitatis Aurelius,
in tantum muneribus exuberat,
ut omnes vices opprimat Gratiarum.
Terræ ſuæ credere pretia conſuluit,
quæ quàmvis Caput fundata mole erigant,
attamen ſine voce:
quinimò
effoſſam ruderibus humum
(ne diutiùs aperto comminetur labio]
Magnis ſuffocare impenſis conatur.
Ne quidem hoc in vocem erumpat
cavet,
quod nec probi ſilentii expers eſt.
*Vocalis cæteris Fortuna ineſſe conſvevit,*
*auditur ſemper ubi abditur.*
Opes MAYKOWSCII ne ſonum prodant,
in Profeſſi ſilentii abdito collocantur.
ſed

ſed accuſat crimen vocalis Fama
cum elingui contendens ſilentio;
Cœlum vocavit in judicium.
*Num parta in Patriam Gloria*
*Orbilio committi debet?*
*In Deum effuſa Pietas*
*Oblivione tumulabitur?*
*An Thracia recitabit*
*quod fæcundus comparavit Honor?*
*exulabunt virtutum facinora*
*Famæ ſi pretia cadent.*
Dixit hæc vicitq;
& Ipſa ſilentia famigerare juſſa
ſibiq; anthiteſim opponere:
quo,
divulgandis in Patriam meritis,
Pietate in Eccleſiam,
In Cœlum ſanctimonia proclamanda,
Juris debitum exequentur.
Niſi
Quamvis totum protenderint,
nihil quod par eſt dicentes
ſilentium non amittent.
Obſtricta verò Gratijs Religio,
ne dum ſilentij regulas amaverit,
violet Gratitudinem:
Gratias intimo fovebit pectore,
quæ munere perfuncta præcario
FUNDATORI Præſtantiſſimo
æternas pro favore vices
Sacris vocibus cumulabunt.

PER-

# PERILLUSTRIS MAGNIFICUS
ac
GENEROSUS DOMINUS
DOMINUS
# CASIMIRUS SAKOWICZ
SUCCAMERARIUS WITEPSCENSIS
CONVENTUS ORSENSIS FUNDATOR.

Siſtit in Te FUNDATORUM Corona
per omnium Gratias coronando.
Tantum abes â ſingulis,
ne primorum cedas Benevolentiæ.
Omnium in Te deflectunt elogia,
Cunctorum non plùs Gratiam, quam Gloriam
emulante.
Laudum imples epitome,
Quæ ſparſim ſingulis volvuntur Grates;
ad Tuum colimant cumulum
Gratiarum.
Ea colluvie â Te promanant munerum congiaria
ac ſi unus omnium manibus porrigeres
FUNDATORUM.
O Mare

Mare quoddam exhibes gratiarum,
â quo tot propè rivis prodeunt Pactoli,
quot officiis Beneficia.
Tuo solùm Hydaspe
Gratis lympha bibitur,
quem etiam haurire non licuit,
Persis apud Antigonum.
Asiam Tuæ Domui præfecisti,
de qua ter promanant fontes auriferi.
Nisi pro Hermo Tibi Cœlum fieret,
quo defluant.
Et Diviniorem capesseret Triadem
pro sacris Nayadibus.
Debet Tibi Nympharum vices Trinitas,
Cui in suis Gratiarum lymphis
Ter profluis pretiosior.
Ac potiores uniones sunt
quibus exundas,
dum illius ore solum alluis
Ubi perditam unionem (inter schismata]
TRINITAS
cum fænore recuperat.
Pulchrè vindicas â fero illatum schismate
Trinitatis disordinem,
dum ordinem foves Trinitarium.

Et

Et coronam perfecisti
strictissima cum Deo Unione
decoratam.
Æstimat adeò hæc pretia Trinitas
idcirco annulo æternitatis
præfigit.
Ut desponsatam sibi virtutem
Fundatoriam
Cœlorum Thalamo recipiat:
Postquàm Trinitarius Ordo
accito ex loci nomine flore
in Orsa, Rosa fiet;
ut amplissimo FUNDATORI
Coronam texeat:
plús ultra in Cœlis coronando.
Qui sertum sibi roseum
in Orsa comparavit.



- - Ferat hic quævis encomia virtus
Strenua facta probet meritis obstrictus Apollo
Fama canat reliquum nec ituro celet ab ævo
Fundatorumq; comâ frondentia serta coronēt

# VIRTUS EDUCATÆ LUCINÆ
## id est

INcrementum propagati Ordinis Discalceatorum SSSmæ TRINITATIS Redempt. Capt: Provinciæ S. JOACHIM, per Regnum Poloniæ & M. D. Lithvaniæ, in serie erectorum quindecim Cænobiorum, ab Anno, huc introductæ suæ Religionis 1686. ad Annum Celebrati 1mi Capituli Provincialis 1732. die 10. Maij è quorum numero octo præcipua secernitur jam dudũ inperfecto stabilita situ & Ministerijs prædita, ubi favente D. T. O. Gratiâ eorum numero, (quasi totidem Beatitudines distingvente) Illius Gloria, Ecclesiæ & Religionis emolumentum, intenditur, dilatatur, propagatur.

# ELOGIUM

Exiguo Incolatu Lucinæ
magnum aliquid habet videre Cœlum,
vel invidere.
Æmulā ſuæ virtutis reperit in Terris Coloniam,
tantò ſtudioſiorem, quantò Humaniorem.
Citra Glorioſæ æternitatis injuriam,
Beatas transferri ſedes.
In lachrymarum valle,
ſuperna delibari ſolatia:
demùm
Cum eo, quod occupat Empyreus
totum ſuſpicit occupari.
Ubi Ordinem componit TRINITAS,
ne potior in Cœlis TRIADIS ordo
quàm in Terris haberetur.
Hic vivā ſpeciē TRINITATIS reddit imago,
non hominum ſed Dei operâ adumbrata.
Ne quid minùs æſtimetnr
poſtquàm D. T. O. Ordo
TRINITATIS ſpeciem diſtingveret à Natura,
Eoq;
alterutræ Originis Authorem ſepararet.
Hic deniq;
Quem admodum æternis auſpiciis
ſalu-

ſalutem Orbi Deus præparavit;
ſoluto propalavit Arcano:
Ut manifeſtum Redemptionis inſtitutum
Continua ſucceſſione Mundo innoteſceret.
Æquali proceſſu
Quo Trinitati Redemptor,
Trinitariis Redemptio coaleſcit.
Sicq; totum quod Deus charo impertijt
Ordini,
Æquè Cœli Gloriæ eſt,
ac illius Gratiæ.
Attamen Mediatore Deo
Æternæ pacis texente fædera
inter Cœli terræq; Coloniam
ut æmulas componeret vices,
Inclytum Lucinæ ſolum convenire Cælo,
aut Cœlum huic demitti Coloniæ
cenſendum venit.
Equidem mundum incolere, non colere
in terris terram terere, & non teri
nec Cœlo ſecurum eſſet,
niſi fors in ſe terram transformaret.
Itaq; octenis conjecta laribus
Lucinæ poſſeſſio
[nequid terræ vel Cœlo dematur)
mutuo

mutuò coaleſcentem Cœlo terram obtinuit.
Aut certè
ſupernæ probitatis Paleſtram
Beatitudinis Regulas prælegente Magiſtro
C H R I S T O:
ubi per ſingulas virtutum Claſſes
in ſingulis Colonijs ad inclytæ Sanctitatis
Culmen provecta,
quod ſperat, jam ſpectat.
Equidem prima Beatitudinum Claſſe
Paupertatis prætium adepta.

# PRIMÆVUM
## LEOPOLIENSE COLLEGIUM

*Collegium Leopolienſe ſub ſymbolo 1mæ Beatitudinis Beati Pauperes Spiritu.* Matth: c. 6.

Amplioſa dote nunquàm ditior
hic ut omnia poſſideret,
nihil habere didicit:
non ignara
Provida Dei munera,
Potiora in ſinum effundi;
quæ mundi nihilô vacuantur.
In eo virtutis exercitio
Solius Providentiæ Conſililio nixa,
Non

Non ſine fructu liliorum conſideratio
ne ſota
quorum incremento
Florei Fundatores pullularunt.
*Nunquàm ſterili ſolo paupertas inſeritur*
*Uberiùs florent Semina*
*Quæ nimbo Providentiæ irrorantur.*
Quidni planta ejuſmodi fæcundè adeò
effloreſceret?
quæ Lilio Wielhorſciorum,
florem adjecit CAJETANI:
largo Providentiæ Patrono,
ideſt Paupertatis Theſaurario.
Hujus tutulæ dicatus lapis
cum fundata Baſi,
in ærarium aſſurrexit Divinæ munificentiæ.
Totoq; humanæ opis auxilio deſtituta,
præterquàm Dei,
Jam tandem ſuo ſitu recitat,
quod *lapis reprobatus ædificantibus*
*factus eſt in caput anguli.* Pſ: 117.
In primo huius Baſis molimine.
denuò Helenæ hyſtoria revocari viſa:
ubi Crucis Triariæ trophæum eri-
gi parabatur,

Effrontis Cypriæ, ſimulacrum ruere debuerat.
Tereo loci mutatâ Arâ indicavit,
Ter debitam Trinitati Latriam,
Ter Deus ſuam poſteaquàm effudit Providentiam,
tot vicibus adorari debuerat.
Adeò
Hic Crucis Triariæ Symbolum,
Perpetuum opimæ paupertatis monimen eſt,
ubi plùs ſemel Deus extitit munificus;
Ac ſimul
effuſum in ſua munera Cœlum
experta Lucina
Virtutis theſaurum (quod Divinum fuerat)
plùs ultra Beatitatis percupida
humilitate ſtuduit recondere,
[quæ tantò præſtantiùs Beatos facit ac mites]
Itaq; Claſſe virtutis mitiſſimæ aggreſſa.



BERE-

# BERESTECENSE COLLEGIUM.

Ibi quantùm hæc virtus cœlo ſapiat,
docet Intelligentiarum Princeps
Michaël Archangelus:
Coram quo temeritas
ne quidèm in Cælo poteſt perſiſtere.
Hic ille ſuum fixit præſidium.
Æquè Orco infenſus,
ac Orci Satellitio:
Ne quis contra Deum non mitis appareat.
Hoſtem eo loci Deo rebellem
toties hic Pugis vicit, quoties vidit.
Varium variè dimicantem
acutis adeò armis
[ferro & lingva.]
Utrumq; ne ſemel diſperderet
diverſa acie profligavit.
Vinditias ſataelis agere Arij intenderant,
quorum immitis contra Deum temeritas,
quidpiam cum Lucipero nitebatur.
Niſi Occidens eſſet,ubi Orientem crediderāt.
Id eſt:

*Secundum Beatitudinis Evangelicæ Oraculum* Beati mites *symboliſat Collegium*] *Bereſtecenſe*

Ubi primò prodierant, perierunt.
[Tota namq; Machinatione in necem versa)
ne unquàm nomen haberent;
Cessêre loco Arij:
quo Trinitarij successêre.
Ut duplex ruina foret immitis Pyrausticæ
quam fatali casu,
& situs & Nomen opprimit Triarium.
Ferocem adeò Cælestis Armigeri gladium
quis hic non metuat?
Non uno perniciosus tartaro;
dum Tartaris
ut graviùs feriret invasores
ex alto visus irruere.
Quantùm eminentiæ locus habeat consignavit
non aliter terendum superbis concessit,
nisi Capite.
At quia
Non armis solum vis inest tutoria,
nisi etiam & consilio foveatur:
utramq; obire partem visus Michael.
Solennis apparitione illuxit dies
quâ primam Comitiorum incidentiam
Inclyta Celebravit Provincia;
Hinc in argumentum venit,
non

non ſine Cælo peracta Conſilia.
Ut cum nova demum Hierarchia
Immitiæ debellator triumpharet.
Et jam dudum ingenti robore pollet.
MITIS PIETAS;
quæ integra Cohorte obſignatur:
Quod ſi DEBELLANTES IN BONO, MALUM *S. Aug: lib:*
mites ſunt. *1. de Serm: Dni,*
Hic ubi IMPROBITAS PIETATE CEDITUR.
SEMPERQUE VIRTUTIBUS CEDIT
Regia Mitium eſſe debet.
Poſt mitium oleas.
Ad Claſſem lugentium Lucina invitat.

# CONVENTUM
## LEOPOLIENSEM.

Titulo S. Nicolai.
Poſſeſſione
Novitiorum Ord: SSSmæ Trinitatis.
Et poſtquàm lachrymas quiſpiam Collegerit,
hic dulce flere reputet.
Nuſquàm mundus pulchriùs emundatur,
niſi dum balneat in lachrymis.
Serenam vicem alternat Cælum

*Tertia Beatitudo* Beati qui lugent &c. *symbolum Conventûs Leopolienſis extra mœnia.*

poſt

poſt nubila;
Uberiùs *in exultatione metunt*
*qui ſeminant in lachrymis* Pſ: 125.
Adeò tali nimbo profuſa tellus
Edit virtutum germina,
Gemmæ rore prodeunt
luctuum innatantes Erythreo.
Hæc imbrium Copia eſt,
quibus in Mundi naufragio ſecuriùs navigat arca.
Mereri DEO incipiunt, qui piè merent.
Conſolator namq; Spiritus
Advenit non niſi ſic lugentibus:
Et pro terrenâ amiſſione rerum
æterna ſpondet.
Serenam petunt Patriam â Superis
qui terram mergunt.
Ac inſtar nubium
propiùs Cœlo vagantur,
quos terreus humor exonerat.
Itaq; omnes probi luctus abſolvit regulas
BEATA HÆC COLONIA,
dum piè luget.
Fovendo Igni Paracleti
Commodiores de hinc animæ degunt
Quæ cunctis livoribus abſolvuntur.
Opor-

Oportunas præmittere lachrymas tenetur
Qui à præfixa virtutum Claſſe
nequit divertere.
Utq; regulatæ Beatitudinis gradatione procedat;
Mundus Corde ſi quis eſſe volet·
lachrymarum nymphâ nunquā meliùs abluitur:
Hinc alma Lucina,
ut ſuo mundo devota
Sic pijs addicta luctibus.
Mundam ſe extra mundum didicit.

# IN CONVENTU
## TRINITOPOLIENSI

INCLYTÆ NOVITIORUM COLONIÆ
Tantùm Deo proximior,
quantùm longior ab Hominibus
Soli Deo placere percupida,
Quam ſequeſtrat â Mundo ſolitudo.
Caſtaliis hic iterum fontibus Præſidet
Ubi ad nitidum ſui decorem inundatur.
Veſtalium olim locus eſt
Caſtarum Virginum
Extra Fidem.
Quibus potior in pulchritudine, virtus
quàm

*Oraculum Evangelium* Beati mundo corde *symbolum Trinitopolienſis Conventûs.*

quàm in virtute pulchritudo fuerat.
Probitatis antyphora
Pro extincto Carnis fomite
perpetuum foventes ignem
quibus animam adurerent.
Non ſic Lucinæ Inquilina Colonia
poſtquàm in Cinere extinxit flammam
improbi fumi gerulam,
Corde nitidos excitat focos,
quibus Deo perenne eluceſcat.
Ibiq; decorem virtutis amat,
ubi animat:
non ignara
*Virginitatis decorem eſſe Cæli clenodia*
*quæ dum magis æſtimantur occultantur;*
*è contra pretia vileſcere*
*foro publico expoſita.*
Itaq; Virgineæ Puritatis Unionem
ut ſecretiori Theſauro reponeret
Corde intimo obſignavit.
Solæ ſibi & Sponſi Christi Ornamento
Communem.
Eòq; ſecurior in connive Caſti amoris.
abit.
MUNDO CORDE BEATA
cui

cui Theandricus Amaſius Deus.
adeò verecundus,
*in ſolitudinem ductæ*
ut arcana virtutum aperiat
*loquitur ad Cor eius.*

# ANTECOLLENSE
## COLLEGIUM.

BEATITUDINE ESURIENTIS & SITIENTIS
JUSTITIAM graphice decoratum
Schema pij adeò Luxûs eſt.
Quàmvis proviſum opimis Dei frugibus
Meſſe Gratiarum & libâ
opulentum
cui cum FLORE NAZARETICO
Cœlum germinat.
Sublevant Cœlites egeſtatem,
Quaſi necdum ſatiarent opes
ſuperum effuſæ congiario:
& prodiga forent prodigia:
Gratiarum uſurâ eſurit:
Sitit;
Licet effuſum inſe Numen habeat.

*Collegium Antecollenſe Beatitudine Evangelicâ.* Beati qui Eſuriunt & ſitiunt Juſtitiam &c. *deſiſignatur.*

ſed crimen eſt inſatiabilis Divinæ profluentiæ
Cui ſemper alere nunquam ſatis
Illoq; donante,
plùs appetitur quod habetur.
Probè Supernorum laborat inediâ.
Juſtè eſurit.
Cujus *Cibus eſt facere voluntatem Patris*
Quod dum in extincto niſu appetit
Portionem æternæ Beatitudinis explet.
Ubi
inexhauſta Gratiarum potione
Quiſq; Theandrici Numinis delibans myſtologiam
*quò plùs bibet plùs ſitiet.*
Subſequitur Beatæ virtutis tractum

# COLLEGIUM
## STANISŁAVOVIENSE:

*Collegium Stanislavovienſe Beatitudo 6ta deſignat.* Beati miſericordes &c.

Liberum â miſeria dum miſericors.
Quæ, potior pars gloriæ eſt
mortalium fovere miſeriam,
nec miſerum eſſe.
Stetit hic multoties miſerorum clades,
ad propugnaculum miſericordiæ profuga,
Redem-

Redemptæ Captivitatis aſylum nacta
in Cujus gremio.
Liberæ Gentis Filij
Iterum renati Libertati
Miſeros ſe vidiſſe deſinerant.;
Beatâ proviſi miſericordiâ.
Locus planè Cœlo ſimillimus
quoties *Captivam reduxit Captivitatem*
Providum Patriæ fænus.
Cui, bis Liberos gignit
Inclytæ Religionis monumentum
Unde primæva Inſtituti orditur
Redemptio.
Demū omnigenæ virtutis poſſeſſio
dum in ſublatæ miſeriæ vicem
æternæ municeps miſericordiæ
[ſine qua Beatus nemo)
totum quod Beatitudinis eſt
expectat & ſpectat.
MOVET Ultrà Lucina paſſum
quo inter fluxa mundi turbida
Beato niſu,
*Factus eſt in pace locus eius.*

# LUCEORIENSIS
## COLLEGII.

*Beatitudo Septima* Beati pacifici &c. *Collegium denotat Luceorien∫e*

Incolatu
Quæ ad pacem ∫unt alibi præ∫tolata,
Hic Collecta.
(Supremâ virtutum optione.)
Ut ∫imul cum Deo Hæreditet.
Cælum alia meretur Probitas,
Hæc Deum.
Nam inclytæ pacis Po∫∫e∫∫or nemo
præterquam Dei Filius;
ac∫i idem foret:
Veram in Orbe nanci∫ci pacem & Deo na∫ci.
Nihil in mundo cum terra Commune
ubi pacis Colonia
Etiam Mitis in Carne Deus,
Conver∫atus inter Homines,
Nu∫quàm pacem mittere intenderat:
Quod∫i pacis locus e∫t?
Hæc Lucinæ alma ditio
Quidpiam in terris Cœlicum
Beatum inter Homines præoccupat;
Sed arcet dubium virtutis conver∫atio

*Nam*

*Nam ubi mens ſubjecta ſpiritui,*
*Caro Cæleſtia contemplatur*
Poſtquàm totum abſolvitur quod Pacis eſt,
In Connivè Lucis æternum inocciduè
venit Luceoria.
Sed deflecte pauliſper Lucina;
Adeſt quod inter ditiones Cœlicas
Beatam perturbet Pacem
Beata Perſecutio.

*S. Aug: de Serm: Dni lib: 2do 3tio.*

# ORSENSIS CONVENTUS.

In obice turbidi Schiſmatis collocatus
penes ſe poſito oppoſito eluceſcit.
Habet etiam Cœlum Colycem
qua teritur:
& laudare & plangere
*Sors æque Beata Juſtorum eſt.*
Non tamen adverſitatibus cedit
dum cæditur.
Reſtaurat collapſam Trinitatis Gloriam
ubi ſoleat corruere;
Fortium clipeus hic geritur
æque

*Octava Beatitudo* Beati qui perſecutionem patiuntur &c. *præfigurat Conventum Orſenſem.*

æquè ferendis ac feriendis Dei hoſtibus
idoneus.
Et niſi haberet hoſtem quem vinceret
minus egiſſet:
Florem in Nomine Orſa gerit,
ſine adverſis Schiſmatum aculeis;
turpiter Roſa pullularet
& ornata & armata planta eſt,
ut cautiùs attingatur,
in quo Trinitas effloreſcit.
Ecquid hac dote pretioſiùs?
ubi in theſaurum Triadis redit unio
tantiſper auſu temerario
Schiſmate profanata.
& dum ſtrictiùs
Trinitas ſuo Ordini coaleſcit,
Supremæ Beatitudinis Gloria
abſolvitur.
Felix adeò perſecutio
quâ rabiente Cœlum rapitur
Si cæteras Beatitudinum vices
reliquis Colonijs capeſſere vetaretur
LUCINA LECTISSIMA.
Certantis pro Juſtitia perſecutio
Cœleſtis Regni aſſecutionem
pollicetur Re-

Reliquis ſeptem Cœnobijs nempe CRACOVIENSI, VARSAVIENSI, CAMENECENSI, TOMASZOVIENSI, BRESTENSI, LUBLINENSI, ac KROTOSZYNENSI adhuc in ſuæ Lucinæ faſcijs degentibus, ſeu ad maturandos virtutum fructus proximo ſuæ ſtabilitatis incremento vergentibus ominoſum applaudit Elogium.

Vates excludunt omina
Quæ in Deo ſpe certâ roborantur:
*Magnis adeo primordijs*
*Auſpicia plus in eſſe ſolent quam promitti;*
*& velut ſpectatur, quod ſperatur.*
At non Auguria intendunt vota
Quæ Dei calculo conſignantur
Vobis
Superum prodroma partitio
componit omen.

ut

ut in nomen præcelsæ virtutis contendatis.
Tot numeris absoluta Naumachia,
quod Orbis,
Grande Divini laboris opus,
post cujus septenarium requievit.
Vestris demum ditionibus
Numeraret Mundus miracula:
Nisi Cœlo deberetur,
quod non Naturæ, sed Gratiæ stuporis est.
Quantùm se comprobat Numen
in Vobis Beneficum,
Singula exhaurire munera intuemini,
Nam si Divinæ Gratiæ favor est
septena dignatio,
Cunctis PARACLETI donis processistis.
Arcanæ Trinitatis testimonium
postquàm in Ara Triarij Ordinis,
reliquit Deus,
ubi perenne adorandus foret.,
has septem lucernas constituit.
Amat hæc inter Candelabra revelari Chrístus
[Ne potiores Asia numeret Ecclesias)
Istæ etiam Bases.
Divinis fundatæ muneribus
in stellas coeuntes, adornant Dei dexteram.
Vellem

Vellem huc Divinæ Myſtologiæ
Providum cenſorem Zachariam,
quid denuò his ſeptem lucernis appareat,
percontandum:
Niſi ſit extra dubium
Eos *Domini ſeptem oculos eſſe.*
Quibus ultra Myſticæ TRINITATIS argumentum
etiam effuſa Cælitùs Providentia perſpicitur.
Tantùm Deus ſuæ intendit Familiæ
ut Illius proſpectibus oculos multiplicet.
Quare
In æternum Gratiæ DEI TER OPTIMI
Hecatomben,
Integrum ſuæ provectionis
incrementum
dedicat
& dicit
Sit Almæ TRINITATI ſemper
VIRTUS, HONOR, & GLORIA.



# SERIES
## *Patrum Vocalium.*
Ad
Celebrandum primum Capitulum
Provinciale
*In Collegio Berestecensi*
CONGREGATORUM.
Anno Domini 1732. Die 10. Maij
*Noster Pater Diffinitor Generalis*
PATER JOSEPHUS â S. MARIA
PRÆSES CAPITULI
N. P. JOANNES â S. JOSEPHO.
MINISTER PROVINCIALIS.
QUATUOR DIFFINITORES PROVINCIALES
N. P. Casimirus â S. Agnete.
N. P. Stanislaus â S. Joanne Baptista,
N. P. Valentinus â S. P. N. Joanne de Matha.
N. P. Paulus â S. Hierönymo,
SOCII PROVINCIÆ
P. F. Antonius â SSmo Sacramento Minister Collegij Leopoliensis.
P.F. Stanislaus â S. Maria Magdalena Minister Collegij Berestecensis.
P.F. Joannes â SSSma Trinitate Redemptor Captiv:
P.F. Joannes â S. Francisco Procurator Provinciæ.

NOMI-

# NOMINA
## *Patrum Electorum.*
In Primo Provinciali Capitulo Provinciæ
# S. JOACHIM
*In Collegio Berestecensi Celebrato.*

MINISTER PROVINCIALIS.

N. P. ANTONIUS â SSmo Sacramento.

QUATUOR DIFFINITORES PROVINCIALES

N. P. Joannes à S. Josepho.
N. P. Paulus à S. Hieronymo.
N. P. Simon à S. Maria.
N. P. Antonius à Resurrectione.

MINISTRI CONVENTUALES

*Leopoliensis intra mænia.*

P. F. Joannes à Jesu *Socius Primus Provinciæ.*

*Bereste-*

*Berestecensis.*

P. F. Stanislaus à S. Joanne Baptista *Socius Secundus.*

*Leopoliensis extra mœnia.*

P. F. Stanislaus à Jesu.

*Antecollensis.*

P. F. Valentinus à S. P. N. Joanne de Matha.

*Trinitopoliensis.*

P. F. Elias à S. Josepho.

*Stanislavoviensis*

P. F. Casimirus à S. Agnete.

*Luceoriensis.*

P. F. Josephus à Sanctis.

*Orsensis.*

P, F. Benedictus à Jesu Nazareno.

*Redemptor Captivorum.*

P. F. Joannes à SSSma Trinitate.

*Procurator Provinciæ.*

P. F. Joannes à S. Francisco.



